

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De institutis coenobiorum

Cassianus, Johannes

[Basel], nach Sept. 1485

[Decem collationes patrum]

[urn:nbn:de:bsz:31-306702](#)

Prefatio

Incipit prefatio Cassiani idem collationes patrum.

Kebitū quod beatissimo pape castori et eius voluminū prefatione permisum est. q̄ de institutis cenobiorū. et octo principalium vicioꝝ remedij duodecim libellis dño adiunātē digesta sunt. q̄ tenuitas nostri sufficit i geniꝝ ut cūq; sarcitū est. Alterim sane qd super hoc vel illius. vel nostri fuerit examinis equitate perspensum: utrū in rebus taz profundis tamq; sublimibus. et q̄ in r̄sum stili. vt arbitror: antea nō venēt: dignū aliquid cognitioni vestre omnīq; sanctoꝝ fratrū desiderio p̄misserim. Nūc aut̄ q̄ terelinquēs nos pontifex supradictus migravit ad christum: has interim decē collationes summoꝝ patruꝝ id ē anachoretarū. qui in h̄remo schytic morabantur. quas ille incomparabili flagrā studio sanctitat̄: simili sibi inserat f̄mone conscribi. nō p̄pendēs p̄ multitudine charitatis. q̄to in firmas ceruices p̄dere pregravaret: vobis potissimum o beatissime papa leonti. et sancte frater helladi credidi cōsecrandas. Alter siquidem vestruꝝ memorato viro et germanitatis affectu. et sacerdotiū dignitate. et qd his maiꝝ ē sancti studiū feruore punctus hereditario fraternū debitu iure depositus. Alter anachoretarū instituta sublimia. nō vt qdāz p̄pria agressus est p̄sumptione sectari. s̄ legitimum doctrinę tramitem. sancto spiritu suggestente pene anteq; disceret apprehēdens. nō taz suis adiunētionib; q̄ illo traditionib; maluit erudiri. In quibus mibi nūc in portu silentiū cōstituto immensuz pelagus apitetur. vt sc̄z de instituto atq; doctrina tantoꝝ viorū: quēdāz tradere audeā memorie litterarū. Tanto enī p̄fundioris nauigatiōis periculis fragilis ingenii cymba iactanda ē: q̄tū a cenobijs anachoresis. et ab

actuali vita q̄ in congregatiōnib; exer-
cetur contemplatio dei cui illi inestimabi-
les viri sp̄intenti sunt: maior atq; subli-
mior est. Vestruꝝ igitur est conat̄ nō ros
pij orationib; adiunare ne aut tā san-
cta materia imperito q̄deꝝ b̄ fideli fmo-
ne. p̄menda periclitet in nobis. aut rur-
sus eiusdem materię abyssis obruat̄ no-
stra rusticitas. Proinde ab exteriōre ac
visibili monachorū cultu. quē priorib;
digestimus libris ad innisibilem interi-
oris homini habituꝝ transeamus. et de
canonicarū orationum modo. ad illius
quā aplūs p̄cipit ōzonis perpetuę in-
gitatē ascendat eloquum. vt quisquis iaz
superioris operis lectionē Jacob illius
nomē intelligibilis carnaliꝝ viciorum
supplantatiōe p̄merit. Nūc etiā nō tā
mea q̄ patruꝝ instituta suscipies. dimine
iam puritatis intuitu ad meritum (et vt
ita dixerim dignitatē) trāiens israelis
quid in hoc quoq; perfectionis culmi-
ne debeat obſcuare ſimiliter instruatur.
Obtineat itaꝝ orationes vestre. ab eo
qui dignos nos: vel vīsu eoz. vel disci-
pulatu. vel consortio iudicauit. vt nob̄
earundem traditionū memorīa plenaꝝ
et f̄monē ad dicendum facilem conſerre
dignetur. quo tam sancte eas tamq; in-
tegre qm ab ip̄is accepimus explicatē.
ip̄os quodāmodo suis institutiōis incor-
poratos. et qd est maius latino disputa-
tes eloq; vobis exhibere possim. Hoc
sane volumus aut̄ omnia tam barū col-
lationū q̄ superiorū voluminū f̄moni-
tū esse lectorem. vt si qua forte in his pro-
status sui et p̄positi q̄litate ſive pro vīſu
et cōuersatiōe cōmuni: vel impossibilia
putauerit esse. vel dura: nō ea f̄m ſuę fa-
cultatis modalitū. s̄ f̄m dignitatē et per-
fectionē loquentiū metiatur. quoꝝ pri-
studiū atq; p̄positū mente concipiāt. q̄
vere mortui huic cōversationi munda-
ne nullis affectionib; parētī carnaliū:
nullis actuū ſeculariū neq; obligant̄.
Deinde locoꝝ quoq; in quib; cōmorā-
tur. consideret qualitatēz. quā in solitu-

Capitula.

dine vastissima constituti atq; ab vniuersitate mortalium consortio separati et per hoc illuminatione sensuum possidentes contemplantur vel ploquuntur ea que in expertis atq; incruditis per conditionem et mediocritatem suetudinis sue impossibilita forsan videbuntur. De quatuor si quis voluerit veram pferre sententiam et utrum impleriqueant desiderat experiri festinet per us eorum propositum simili studio et conversatione suscipe et tunc rem ea q; supra facultatem hois videbatur non solu possibilia; veruetiam suanissima comprehendit. Sed nunc ad collationes eorum et instituta pperemus.

ExPLICIT prefatio. Incipiunt capitula collationis prime Abbatis Moysi.

Lap. I.

Oe habitatio-

ne Schyti et proposito Abbatis Moysi.

- ij De interrogacione Abbatis moysi quod est q; monachoscops vel q; sit finis.
- iiij De respotione nostra.
- vij De interrogacione Moysi super propositione predicta.
- v De copiacione eius q; destinata ferire contendat.
- vi De his q; abrenunciates mundo ad pfectioem sine charitate contendunt.
- vij De appetenda tranquillitate cordis.
- vij De pncipali conatu erga divisionem rerum contemplationem et similitudinem Marie et marie.
- ix Interrogatio quod efficientia virtutum non cum hoie pgeneret.
- x Respsolio q; non sit ea pmerces sed actio cessatura.
- xi De charitatis ppetuitate.
- xij Interrogatio de persecutantia spiritualis theorie.
- xij Rsisio de directioem cordis in deum et in regno dei et in regno diaboli.

Collatio prima

- xij De aie perpetuitate.
- xv De contemplando deo.
- xvi Interrogatio de cogitationis mobilitate.
- xvij Respsolio qd possit mēs super cogitationum statu qd reū possit.
- xvij Copatio aq;riem mole et aie.
- xix De tribus cogitationis nostrari pncipijs.
- xx De discernendis cogitationibus ad similitudinem probabilis trapezij.
- xxi De illusione Abba Johannis.
- xxii De qdriptita discretiois rōne.
- xxiiij De hmoni doctoris fmi audiendum meritam.

Explicit capitulo. Incipit collatio Abbatis moysi prima. de monachi destinatione vel fine. Capitulum. primū.

Wm in

heremo Schyti ubi monachorum pbeatissimi ptest et ois cōmorabatur pfectio; abbatem moysen q; velemeti inter illos segregatos flores non solu in actuali veruetiam theorica pntute flagrabat institutio ei fundari cupies experissem; ynacum sancto germano. enī q; m ab ipso tyrocinio ac crudelitatis militie spiritualis ita induit duū deinceps ptribemū. tā in cenobio q; in heremo fuit ut cūcti ad significandā socialitatē ac ppositi sensusq; nū parilitatē pnciarēt. vna mentē atq; aiam duob; inesse corpib; pariter q; ab eodez abbate edificatiōis bmonē fusis lachrymis abirem. Qui ppe cui hinc animiri gozē manifestissime noueramus. vt nisi fidelitē desideratib; et cū omni cordis cōtritioē q;retib; neq; penitū acq;esceret pfectionis apire doctrinā. ne sc̄li passus vel nolētib; ea vel tepide sitiētib; exhibe ret res necessarias et q; solis pfectionem cūpiētib; debet esse cōperte. indignis et

rezumam. Ep̄.

Moisi demonachi destinatione

fastidiose suscipiētib⁹ pandēt; aut iactā
tie viciū ant pditiōis crīmē videret in/
currere tandem fatigat⁹ precib⁹ nr̄is; ita
exorsus est.

De interrogatiōe abbatis mo/
isi querētis qui monacho sco/
pos. vel q̄s sit finis. **C**ap. ii.

Quies inquit artes ac disci/
plinae scopon quendam. i. de/
stinatiōe et telos h̄ē finē. p̄pri
um h̄ē noscūtur ad quē respiciēs vniūs
enīusq̄ arti idustri appetitor. cūctos la/
bores et pericula dispēditaq̄ vniūsa eq̄/
nimiter grata nterq̄ sustentat. Nam et
agricola flagrātes radios soli prūinas
q̄s et glaciēnō declinās terrā infatigat⁹
exercet. et indomitās agri glebas frequē/
ti vomere subigit dū scopon suat. vt eā
cūctis sentib⁹ expurgatā vniūs q̄s gra/
minib⁹ absolutā in modū solubilis ha/
rene. fauilleq̄ cōminuat; finē. i. pceptio/
ne copiosarū frugū: et exuberātiā segetū
nō alias adepturū se nisi bac opis. ac su/
doris sui rōne p̄fidēs. q̄ vel ipē teinceps
vitā secur⁹ exigere; vel suā possit ampli/
ficare s̄bam. Referta etiā frugib⁹ horrea
libēter exbaurit easq̄ sulcis agri cōmē/
dat in santer p̄sente diminutionē fu/
turarū messiū p̄teplatiōe nō sentiēs. Il/
li etiā q̄ negocia nū solēt exercere com/
mercia nō nicertos pelagi timēt casus.
nō vlla discrimina p̄bore scūt dū ad si/
nē questus spe p̄polita puocātur. Nec
nō etiā bi q̄ milicie mūdialis ambitiōe
infīlāt dū p̄spiciūt honoꝝ ac p̄testa/
tū finē p̄eregrinationū exacia ac pericula
nō sentiūt; nec p̄sentib⁹ erūnis. bellisq̄
frāgūtūr. dū p̄positū sibi dignitat̄ finez
cupiūt obtinere. Habet ergo et nostra
professio scopon prop̄ium: ac finem su/
um pro quo labores cunctos nō solum
infatigabiliter verū etiā ḡtanter impen/
dim⁹. ob quē nos ieiunioꝝ inedia nō fa/
tigat. vigiliaꝝ lassitudo telectat. lectio
ac meditatio scripture ꝑtinuata n̄ sa/
tia. labor etiā incessabilis. nuditasq̄ et
om̄i rerū p̄natio ip̄cūdissime sustinet.

nec horroꝝ huīs vassissime solitudinē
formidat. Ob queꝝ vōsip̄li. p̄culdubio
pentū sp̄revissis affectū. et patriū solū as/
delicias mūdi tot per trāsus regionib⁹
despenistis. vt ad nos homines rusticos et
idiotas in hoc heremī squalore degētes
peruenire possetis. Propter qđ respō/
dere inqt̄ mibi q̄ sit destinatio vīa vel fi/
nis. q̄ ad hec om̄ia libētissime sustinēda
vos puocat.

De response noſtra. cap. iii.

Et cuꝝ persisteret noſtrā elicere sup/
er inchoata disputatiōe sententiam.
respondimus. regni celoꝝ causa bēc cū/
cta tolerari.

De interrogatiōe moisi super
ppositione predicta. cap. viii.

Hoc quod illē. Bene inquit et ar/
gute de fine dixisti. qui vero
debeat scopos noſter esse. id ē
destinatiō. cui in igit̄ in berētes finē va/
leamus attigere. p̄ oīnib⁹ noſſe debetis.
Et cu ignoratiōē cōfessi simpliciter fū/
issimus erāt. In om̄i vt dixi arte ac disci/
plina fcedit qdam scopos. i. aīe destina/
tio. siue incessabilis mentis intētio. quā
nisi q̄s om̄i studio persecutātia q̄s hu/
nerit. nec ad finē desiderati fructus pote/
nit peruenire. Nā vt dixi agricola finem
habens. secure copioſeq̄ vniūdi in p̄uē/
tu segetū fecūdarū. scopon. i. destinatio.
nē gerit. agrū suū sentib⁹ cūctis absolu/
re. enīq̄ vniūsis in fructuosis vacuare
graminib⁹. nec aliter se q̄eti finis opule/
tiā adepturū esse cōfudit. nisi id qđ v̄sūt
obtinere desiderat q̄dāz p̄nūs opis: ac
spei suē rōne possideat. Negotiator. q̄s
illud vel istud mercādi desideriū nō te/
ponit. p̄ qđ possit q̄stuoſius diuitias cō/
gregare. q̄ frusta cōcupisceret lucrum.
nisi viā qua ad id tēderet. elegisset. Et
qui certis q̄busq̄ dignitatib⁹ mūdi hu/
iūs cupiūt honorari. cui se officio vel or/
dini debeat mācipare. ante p̄ponūt. vt
per legitimū spei tramitē. finem q̄s vale/
ant desiderate dignitat̄ attigere. Ita q̄s
et viē noſtrē finis qđem est regnum dei.

Lollatio prima Abbatis

qui vero sit scopos telet diligenter inqri.
Qui si nobis similiter cogitus non fuerit
frustra nitido fatigabimur. quod sine via
tendentibus labori est itineris non perfectus. Ad
quod obstupescitibus nobis scener intulit. Fi-
nis quidem nostre professionis ut diximus
regnum dei seu regnum celorum est. Destinatio
vero nostra. i. scopos puritas est cordis
sine quod ad illum finem impossibile est qui per
uenire. In hac enim destinatione desig-
tes nostrae destinationis obtutus velut
ad certam lineam cursum rectissimum dirigimus.
At si paululum quod ab haccogita-
tione nostra deflexerit ad contemplationem ei-
us illico recurretes; rursus eam velut quadam
norma certissima corrugamus. quod super oculos
conatus nostros ad unum hoc renocassisi-
gnū arguet statim si a proposita directio-
ne mens nostra vel paululum deviarit.

C De coparatione eius qui desti- nata ferire contedat. cap. v.

Quemadmodum hi quibus usus est
bellica tela tractandi. cum ante re-
gem mundi huius artis sue cu-
piunt peritiam demistrare in parvissima
quadam scutula. figurata in se conti-
nent premia. iacula sua. vel sagittas ito-
quere contendunt. certi quod non alias. nisi
destinationis suae linea ad finem possint
desiderati premij peruenire. secundum de illo.
si modo propositum scopon valuerint
obtinere. Qui si forte ab eorum fuerit liber-
tractus intuitu. nec ideclinabiliter ei sa-
gacissimorum obtutum pruicacia inheserit.
estlibet recto tramite cassa imperitorum
deceret intentio. excidisse se tamen a con-
templatione non sentient. et cum sibi effica-
cissimis telorum emissionibus videant
inniti. frustrato inertie labore falluntur. quod
illum subtilissimum destinationis limitez
persequi oculis ac mente non norunt. et
cum inutiles in aera vacuosque iactant effu-
derint. in quo peccauerint. quo ve-
cepti sint diuidicare non possunt. quippe
quos nulla mensura proposita arguit.
quantu[m]a directione discesserint. nec quod
deinceps corrigerem vel revocare debent.

lineam discipline docere potest passim non
obtutus. Ita igitur et nostri proposi-
tio[n]is quidem. sicut apostolum. vita eter-
na est sita eodem pronunciante. Haben-
tes quidem fructum vestrum in sanctifica-
tione finem vero vitæ eternæ. Scopus
vero est puritas cordis. Quā sanctifica-
tionem non in merito nūcupavit. sine quod
predictus finis non poterit apprehendendi.
Ac si dixisset alijs verbis. Habentes quidem
scopon vestrum in cordis puritate. finis
vero vitam eternam. De qua destinatio[n]e
docens nos idem beatus apostolus. ipm
nomen. id est scopon significanter expri-
mēs. ita intulit. Que posteriora sunt ob-
liniscens. ad ea vero que priora sunt ex-
tendens me ad destinatum per seq[ue]ntia.
biu[m] sup[er] vocatiōis dñi. Qd evidēt
i greco ponit. i. h[ab]it de
stinatione per sequor. Tancū si dixisset:
Hac destinatione qua illa que posterio-
ra sunt oblinioni transmittit. id est ante
rioris hominis via. ad finem bruij cę
lestis peruenire contendo. Quicquid ergo
nos ad hunc scopon. id est puritatē cor-
dis potest dirigere. tota virtute sectādū
est. quicquid aut ab hac retrahit. ut per-
niciōsum ac noxiū denitanduz. Pro
hoc enim universa toleramus et agimus.
pro hac parentes et patria. dignitates.
diuitiae. delicia mundi huius. et volūtas
universa contēnitur. ut sc̄ puritas cor-
dis p[ro]pria valeat possideri. Hac itaq[ue]
nobis destinatio[n]e proposita. semp actus
nostrī et cogitationes ad eam obtinēdā
rectissime dirigentur. Que si preoculis
nostris ingiter statuta non fuerit. non solū
cūctos labores nostros. varios pariter
atq[ue] instabiles reddens incassum eos
ac line uollo emolumēto faciet effundi. Et
etiam cogitationes omnes diuersas si-
biq[ue] contrarias suscitabit. Necesse ē in-
mentem quo recessat. cui ve principaliter
in hereditate habentē per singulas bo-
ras atq[ue] momenta. p[er] incursum varie-
tate mutari. atq[ue] ex his que extrinsecus
accidunt. in illū statū continuo trāsfor-

Moysi demonachi destinatione

mari q̄ sibi p̄mis occurrit.

De his qui ab renūciātē mun-
do ad perfectionē sine charita-
te cōtentūt. **C**ap. vi.

In cnanc̄ est q̄ nō nullos mū-
di huius maximas facultates
etnō soluz multa auri atq; ar-
genti talenta. verū etiam prediom̄ ma-
gificentiam contemnentes post hęc vi-
dimus pro scalpello. p graphio. p acu-
pro calamo commoneri. Qui si cōtem-
plationē cordis mundi fixam teneren-
tunq; vtq; pro paruis rebus admitte-
rent. qđ ne pro magnis ac preciosis incur-
rerent opibus. caldez penitus abiçere
maluerunt. **N**ā et plerūq; nō nulli tāto
celo codicem seruant. vt eum ne leuiter
legi quidem vel contingi ab aliquo pa-
tiantur. et inde furoris occasione. et im-
patientie ac mortis incurvant. vnde mo-
nentur stipendia patientie et charitatis
acquirere. **C**unq; omnes diuitias suas
pro christi amore disperserint. pristinū
tamen cordis affectu in rebus suis ac
mīmis retētantes. et p ipsi nō nūq; mo-
biliter irascentes. veluti qui nō habeat
apostolicam charitatem ex omnibus in-
fructuosi sterilesq; redduntur. **Q**uod i
spiritu beatus apostolus p̄uidens. Et si
distribuero inquit in cibos pauperū om-
nes facultates meas. et tradidero corp̄
meum vt ardeam. charitatem autē non
habeam nichil mibi prodest. **V**nde liq-
do comprobatur perfectionem non sta-
tim nuditate nec priuatione omnī fa-
cilitatum seu dignitatum abiectione cō-
prehendi. nisi fuerit charitas illa cuius
apostolus membra describit in veritate
possessa; que in sola cordis puritate con-
sistit. **N**am quid est aliud non emulari.
nō inflari. nō irritari. nō agere perpera.
non querere que sua sunt. nisi proprias
admodum res iūmā equitate cōtem-
nere. et ab auferētē nō querere nō sup in
iquitate gaudere. nō cogitare malum. et
reliqua. nisi cor perfectum ac mundissi-
mū deo offerre ac vacuū illud a cunctis

perturbationib; exhibere.

De appetēda trāquillitate cot-
dis. **L**ap. vii.

Onīa igitur huius gratia ge-
renda appetendaq; sunt nos
pro hac solitudo lectanda est.
pro hac ieunia. vigilias. labores. corpo-
ris nuditatē. lectionē. ceteraſq; virtutes
deberē nos suscipere nouerimus. vt sc̄
per illas ab vniuersis passionibus noxijs
illesum parare cor nostrum. et conserua-
re possimus. et ad perfectionem charita-
tis gradibus innitendo concēdere. et
nō propter has obseruātias. si forte ho-
nesta ac necessaria occupatione preuēti
solennitatem innite p̄uetudinis nō po-
tuerimus implere. incidamus in tristici-
am. vel iram. siue indignationē. ob que
expugnanda illud qđ pretermissum est
fueramus acturi. **N**on enī tantū est lu-
ctrū ieunij. quantum ire dispendit. nec
tantus lectione capitū fructus. qđtum
contemptu fratris incurritur detri-
mentum. **E**a igitur que sequentia sunt. id ē
ieunia. vigiliæ. anachoresis. meditatio
scripturarū. propter principaleſ scopō.
id est puritatē cordis. qđ est charitas
nos conuenit exercere. et nō propter illa
principalem hanc perturbare virtutem
qua in nobis integra illibataq; duratē
nihil obert si aliquid eorum que sequē-
tia sunt pro necessitate fuerit p̄missū.
Niquidem nec proderit vniuersa fecis-
se. adempta hac quam dixim? p̄ncipali-
ca eius obtentu sunt oīa perpetrandā.
Dob hoc enī q̄s v̄tensilia cuiuslibet artē
instituere sibimet ac preparare festinat.
nō vt ea possideat ociose. nec vt emolu-
mēti illius fructū qui sperat ex ipsis in-
nuda instrumentorum possessione cōsti-
tuat. sed vt eorum ministerio piciam. si-
nemq; illius discipline cuius bee adiu-
menta sunt efficaciter apprehendat. **I**gi-
tur ieunia. vigiliæ. meditatio scriptura-
rum. nuditas ac priuatione omnī facili-
tatum. nō perfectio. sed perfectionis in-
strūcta sunt. quia non in iōis consistit

Collatio prima Abbatis

discipline illius finis sed per illa peruenit ad finem. Incassum igitur huc exercitia molietur quicquid his velut sumo bono contentus intentione sui cordis huc usque affixentur ad capiendum sine propter quod habere possunt conatu semet extenterit hunc quod est discipline illius instrumentum finem vero in quibus collocatus est fructus ingerat. Quicquid igitur prestat mense puritatem et in quietate quod turbare quis utile ac necessarii videatur ut non in denitadum est. baceniz norma et error pragationis omnium dissensiones poterimus evadere et desiderium finem linea certe directiois attigere.

De principali conatu erga diuinorum rerum contemplationem et similitudine Marie et marthe.

Magister nobis pncipal' debet esse conatus. Hinc mobilis destinatio cordis ingruit affectans da est: et tenet. ut dominis rebus ac deo mensa sit ibereat: quicquid ab hac diuisum est quisquis magnus. secundum tamen etiam inferius seu certe noxiuum indicandum est bene mentis vel actus figura. et in euangelio marthae et mariam pulcherrime designatur. Tunc nam martha secundo utique mysterio defuniret. ut potest quod ipsi domino eiusque discipulo misstrabat. et maria spiritualiter tammodo intenta doctrinam ieiuni pedibus liberaret: quod osculatas bone professio linebat vnguento. perfert tamen a domino quod et meliore elegerit pte et ea quod ab ea non possit auferri. Nam cum laboraret martha pia sollicitudo die ac dispensatio distenta. sola se videt ad tamen mysterium non posse sufficere ad introitum soror a domino postulabat dicitur. Non tibi placet quod soror mea reliquit me sola misstrare: Dic gaudiu ut me adiuuet. Utique non ad uile opus habet laudabile ea mysterium. prouocabit. Ettim quod audiit a domino: Martha martha sollicita es et turbas erga pluram. Pauclus vero opus est aut etiam uno. Maria bona ptem elegit quod non auferret ab ea. Videamus principale bonum in theoria sola: id enim prolatione divina dominum posuisse. unde ceteras virtutes licet necessarias et utiles bonasque prouocemus. secundo tamen gaudiu celendas

ee decerni. quod rnius habui. vni patrat obtetu. Dic est enim dominus sollicita es et fabris circa pluma. pauclus vero opus est aut etiam uno sumum bonum non in actuali quibus lundabili opere et multis fructibus habundanti. sed in divina prolatione quod est simplex et una est: collocavit pauclus opus est prouincias ad perfectam beatitudinem id est illa theouaria quod prius in paucorum suorum consideratione sectorum: et quod prolatione prescedens is quod adhuc in perfectu posuit est ad illud quod quod dicitur vnu. id est soli intuitu. ipso adiuuante proueniet ut scilicet secundum actum ac mysteria mirifica supergressus. soli deitatem pulchritudine scientias pascat. Maria ergo bona pte elegit quod non auferret ab ea. Et hoc diligenter ita edidit. Nam cum dic: Maria bona pte elegit. Iste taceat de martha et nequam eam vituperare videatur. illa tamen laudata habet inferioriter pronunciatus. Rursum cum dicitur quod non auferret ab ea. ostendit quod ab hac sua porcio possit auferri. Nec enim mysterium corporeum cum hoc poterit inuicem permanere. Illi vero studium nullo ulteriore eno docet possesimiri.

Interrogatio quo efficietia virtutum in cuius hoie proueneret. **L**a. ix.

Ermanus. Ad quod nos valde permoti. quod habemus diximus labori etiunio rum. lectiois istud. opa misericordie. iusticie. pietatis et honestatis auferret a nobis. et non permanebunt cum auctoribus suis. probi cum ipso domino retributiones regni celorum ob hoc permittat se talibus redditus et dicitur. Uite bimediata paup. possum. re. vo. patrum et constitutiōem mudi. Esuriui enim et dedistis mihi manu. sicut et te. in beneficiis. Quod haferet hoc quod introduxit factores suos in regnum celorum. **R**espōsio quoniam sit earum merces. Iste actio cessatione.

Mercede boni opis auferedam. dicente eodem domino quod potum dederit vni ex minimis isti calice a quo frigide tamen in noce discipuli amem dico vobis non perdet mercede suam. sed actionem dico. quoniam fieri uincit corporalis vel iugulatio camis: seu mundi huius iniquitas exigit auferendam

Roysi demonachi destinatione

Rā lectōis iſtā viciuniorz afflictio ad emūdationē cordis z castigationem carnis. q̄ si elata fuerit esc̄a z nimietate. seu mētis incuria. p̄fessi luxurie atq; libidinis aculeis puritatē cordis infestat. in p̄nti tñmodo utilitē exercēt. donec caro p̄cupiscit adūlus sp̄m. q̄ nūq; ab his q̄ labore nimio seu egritudine corporis senio re defessi sunt etiā i p̄nti videm? auferri nec ab hoīe posse ingeū exerceri. Q̄ntoma gis ḡb in futo cessabūt. cū corruptibile bindnenit i corruptiōes. corpusq; istud qd̄ nūc aiale ē surrexit spiritale. z cepit caro nō eēia tal. vt adūlus sp̄m p̄cupis scar. d̄ q̄b etiā b-apls maifeste p̄nūciat corporalis inqens exercitatio ad modicn̄z vñl est. pietas at q̄ sine dubio charitas intelligit ad oīa vñl ē p̄missiōz hñs vite q̄ nūc ē z fute. Que ḡ dī ad modicū esse vñl. maifeste p̄nūciat nec p̄ oē tps exerce ri posse. nec sumā pfectiōis p̄ se solā labo rati p̄ferre. Modicū q̄ppe ad vñq; re ferri pt. i. vñl ad breuitatē tps. q̄ sc̄z hoītā i p̄nti q̄b i futo exercitatio corporis coet na eēno possit. vñl certe ad puitatē utilita tis. q̄ de cariali exercitatiōe cōqr̄t. eo q̄ afflictio corporal initia qdā p̄fecit. n̄ ipaz pfectionē charitatē pariat. q̄ p̄missionēz b̄ vñtēpñtis z fute. Et idcirco eā exercitatiōe op̄m p̄dictoz necciaz eē censem?. q̄ sine ipa ad charitatis fastigia nō possit ascēdi. Hec etiā q̄ dicit op̄a pietatis ac misericordia sūt in b̄ tpe. dñ adhuc ine q̄lis diuisitas dñat. q̄m ne b̄ qdē expete ret opatio. nisi inopū. indigetū. infirmo rūq; ps maxia redūdet. q̄ iniqitate ho minū facta ē eo p̄ sc̄z q̄ ea q̄ oība a cōmu ni creatorē pcessa sūt i lulos tñm occupata r̄sūs. n̄ tñ vñeda alijs tenuerit. donec ḡ i b̄ mūdo ieqlitas ista grassat. erit b̄ actio neccia z vñl exercētib; cā. ūstituēs qdē bo no affectui z pie volūtati retributionem hereditatē eteme. ipa x̄o in futo seclō pa nitate regnāte cessabit. cū iā nō fuerint in eqlitas. pp̄ q̄m tebeāt b̄ exerceri. b̄ cūcti ab hac multipli. i. actuali opariōe ad charitatē dei z dñminarū retū p̄teplatiōz ppetua cordis puritate translibūt. cui se

hiq; cura ē vñl sc̄e vñl mētē emūdationē insisterē iā in b̄ seculo p̄stituti elegētoī conatu ac virib; mācipare illi sc̄z semet. ipos officio adhuc i carne corruptionis positi deputātes in q̄erūt corruptiōe te posita pmāsluri. p̄ueniētes ad illā p̄missi onē dei saluatoris. q̄ dī. B̄tī mūdo cor deqm̄ ipsi deum videbunt.

Decharitatis ppetuitate. xi.

Et qd̄ miramini. si illa officia su peri. cōp̄kela trāsibūt. cū sanct⁹ apls etiā sublimiora sp̄ußacti ca risimata trāsita describat. solā x̄o charitatē designet sine fine māsurā. sine i qui ens p̄phetie euacuabūt. sine ligne cessa būt. sine sc̄ia destruet. Et p̄p̄ b̄ ifert. charitas aut̄ nūq; excidet. Dia nanq; dona p̄ vñl ac nc̄citate tribuūt ad tps. cōsum mata dispensatiōe mox. p̄cldubio trā situra. charitas x̄o nullo incipiet tpe. nō solū. n̄ i p̄nti mūdo utilit̄ op̄at in nobis. b̄ etiā in futurū sarcia corporee necitata abiecta. efficacior m̄ltō atq; excellētis or p̄manebit. nullo vñq; corrūpedā deſectu. b̄ p̄incorruptionē ppetuā flagrāt? deo atq; intētius adhesura.

Interrogatio de p̄seuerātia spi ritualis theorie. ap. xij.

Ermanus. Quisq; p̄t fragi li carne circūdat? ita eē huic theorie sp̄ affix⁹. vñq; cogitet de fratri adūetu. de visitatiōe infirmi. vel op̄emanūt. vñl certe de hñanitate q̄ tebe at vñl pegrinis vñl aduenientib; exhiberi. Postremo q̄s nō iterpellet corporis ipi p̄missione vñl cura. Aut quēadmodū mēs vñl q̄ illi inisibili z incōprehēsibili deo valeat coherere. cupimus edoceri.

R̄sio d̄ directiōe cordis in de um z dregno dei. z diaboli. rij

Dylos. Interere qdē deo in git⁹ z p̄teplatiōi ē quēadmodū dicit̄ inseparabilit̄ coplari ipossibile est hoc illa carnis fragilitate circūdato. Verū optet nos scire vñbi mētē n̄e itē nationē debeam⁹ b̄tē deſixā. et ad quā deſili aq̄en̄e renocem̄. vñtuitū. q̄m

Lollatio prima abbatis

cū potuerit obtinere mēs gaudeat· et aq̄ distracta ī se doleat· atq̄ suspirat· totiēsq̄ se a sumo bono sentiat recessisse· q̄tiēs se ab illo itinē dēphēderit separātā fornicationē iudicās· v̄l' moītanē a christi cōtéplatiōe discessū· a q̄cū denauerit pauiū n̄ obtut⁹· rursus ad eū cordis oculos retorquentes· velut rectissima linea mēt̄ aciē reuocem⁹. Tūtū nāq̄ in aīc cōsistit recessus. Unū expulso diabolo· ac neq̄ in ea iā regnātib⁹ vicijs· p̄sequenter regnū dei fūdat⁹ ī nob⁹· dicēte euāgelista Regnū dei nō veniet cū obſuatiōe· neq̄ dicēt· ecce h̄· aut ecce illuc ē. Amē amē di-
co vob⁹· qz regnū dei itra vos ē. Int̄ nos
x̄o nibil alind eēpt̄ qm̄ scia aut ignoratio
x̄itatis· et v̄l' vicioꝝ amicicia v̄l' x̄tutū.
p̄ q̄ aut diabolo aut christo regnū pam⁹
in corde. Cuius enī regni q̄litatē describita p̄s d. Nō enī regnū dei ē esca et po-
tus· h̄iustitia et pax et gaudiū in spūscō.
Itaq̄ si rḡnū dei int̄ nos ē et ip̄m regnū
dei iustitia et pax et gaudiū est· ḡ q̄ ī iſl̄ cō-
morat sine dubio ī regno dei ē. Etecōtra
rio illi q̄i iniustitia et discordia et tristitia
mortē operāt̄ x̄sanct̄· in īgno diaboli· et
in iferno ac morte sūt p̄stituti. His n. in-
dicij̄ v̄l' dei v̄l' diaboli regnū discernit
v̄l' scō. Et reuera si mēte atq̄z aio cōsi-
derem⁹ statū illū in q̄ degūt celestes sup-
neq̄ x̄tutes q̄ x̄e ī regno dei sūt· qd̄ aliō
esse credendus ē qm̄ perpetua in ḡq̄ leti-
cia. Quid enī rā. p̄piū x̄e bititudini tan-
q̄z p̄tē p̄ueniēs· q̄z trāq̄llitas in ḡ et gau-
diū sempitēnū. Et vt h̄i ip̄m qd̄ dicimus
ita cē nō mea p̄iecta. Si p̄i dñi auctoritate
certi⁹ istruat̄· audi eū q̄litatē et statū
mūdi illi⁹ aptissime describet̄. Ecce in-
q̄tego creo cēlos nonos· et rā noua· et n̄
erit in mētia p̄ora neq̄ ascēdet sup cor· h̄i
gandebit et exultabit v̄lq̄ in sempitēnū
in his q̄ ego creo. Et rursum. Haudiū et le-
ticia inuenieb̄t in ea· grārūactio et vox lau-
dis· et erit mēt̄ exmēt̄ et sabbatū exsabba-
to. Et iterū. Haudiū et leticiā obtinebūt
fugiet dolor et gemit⁹. Et si adhuc clari⁹
de illa p̄iūlatiōe et ciuitate sc̄tōꝝ vult̄ ag-

noscere attēdite q̄ ad iāpām bierusalē vo-
ce dñi dirigātur. Et ponā in q̄t visitatio
nētā pacē et p̄positos tuos iusticiā. Nō
audiet v̄lē in iqtas in tra tua· vastitas et
p̄tritio ī terminis tuis· et occupabit sal⁹
muros tuos et portas tuas landatio. Nō
erit t̄ ap̄li⁹ sol ad lucēdū p̄ diēn⁹ splēdot
līe illūnabit te. Et erit tibi dñs ī lucēsem-
piternā· et de tu⁹ in gloriā tuā. Nō occi-
det v̄lra sol tu⁹· et līa tua nō minuet̄· h̄
erit t̄ dñs ī lucē sempiternā· et cōplebūt
tur dies lucē tui. Et idcirco btūs aplūs
nō ḡnaliē neq̄ simplicē oē gaudiū re-
gnū tui ēsse· p̄nūcianit̄ h̄ signāter ac spe-
cialit̄ illud solū qd̄ in spūscō est. Nonit
enī aliud q̄z vituperabile gaudiū· d̄ q̄ dē
Mūdus iste gandebit· et ve vob⁹ q̄ rideat̄
q̄ plorabit̄. Regnū sane celoꝝ triplicē
accipiēdū est· aut q̄ regnaturi sunt celi-
idēctī malis ibditis· h̄ illud. Esto tu
sup q̄nq̄ ciuitates· et tu super decem. Il-
lud q̄z qd̄ dīad discipulos· sedebit̄ sup
sedes x̄j. iudicātes x̄j. cōb̄ israel. Scerte q̄
feti ī cel̄ sint cū dñō rḡnturi· aut certe q̄
ip̄i celi incipiāt̄ a christio regnari· cuz sc̄z
oib⁹ ei ibieet̄ cepit ēsse oīa in omib⁹ te⁹.

De aq̄nūe perpetuitate. xiiij.

Quamobrēin h̄ corpe p̄stitutus
iā nouerit v̄nusq̄s illi⁹ se rḡio
ni v̄l' mīsterio deputādū· cuius
in hac vita semetiōm p̄ticipē cultoreq̄ p̄
buerit· illiusq̄ se etiā ī illo perenni seculo
p̄sortē fūm̄ esse nō abigat· cui nūc mini-
strū se sociūq̄ maluerit exhibere. Fm̄ sen-
tentia dñi ita dicēt̄. Si q̄s m̄ ministrat
me sequat̄· et vbi sū ego· illuc et mīster me-
us erit. Nā quēadmodū diaboli regnū
per p̄nūtētā inscipit̄ vicioꝝ· ita regnū
dei per exercitationē x̄tutū· puritate cor-
dis ac spirituali scia possidet̄. Ubi aut̄ re-
gnū dei ē ibi· p̄culdubio et vita cōmorat̄
eterna· et vbi regnū diaboli est: ibi mors
atq̄z infernus ēsse cognoscit̄· in q̄ q̄ sue-
rit· nec laudare dñm p̄t fm̄ pp̄b̄t̄ s̄niaꝝ
dicēt̄. Nō mortui landabunt te: neq̄
oēs q̄ descedunt̄ in ifernū· sine dubio pec-
cati· h̄nos q̄ viñim⁹ nō vicijs sc̄z nec mū-

Moy si de monachi destinatio.

De huic deo-benedictum dñm ex hñc et
vñq; in seculū. Nō enī est in morte q; me
mor ē dei. i. iferno aut pcti q; cōfitebitur
dño. i. nō. Null? enī etiā si milies semet
ipm vñchristianū esse. pñfiteat vñmona-
chum. cū peccat pñfiter dño. Nullus ad-
mittēs ea q; domin? exēcrat reminiscit
ei? nec hñc se pñfiter illius cui? pñcepta
pñfici temeritate pñtenit. In q; morte il-
lā viduā q; ē in delicys btis apls eē pro-
nūciat vidua inq; q; in delicys ē viues
mortua ē. Hñt g; multi q; viuetes in hoc
corpe mortui sūt. et in iferno iacētes deu-
laudare nō possūt. Et ecōtrario sūt q; cū
mortui sūt corpe-deū spū bñdicūt atq;
collaudat. fm illud. Bñdicite spiri? et
aie iustorū dñm. et ois spū laudet dñm.
Et in Apocalipsi aīēcciso? nō solum
laudare deū. Et iā interpellare dicūtūr.
In euāg; quoq; evidēt? dñs ad saduce-
os. nō legistis inq; qd dictū est a deo di-
cete vob. Ego sū dē abrahā. et dē ysa.
ac. et dē iacob. nō est dē mortuorū b; vi-
uetū. Dēs enī ei viuit. De qby et aplis
Propt? qd inq; nō pñfundit de? vocari
de? eoz. pñuit. n. illis ciuitatē. Nā q; nec
ociose sūt post separationē hui? corporis aīē
neq; nihil sentiāt. etiā euāgeliū parabola
q; de illo paupelaçaro et diuite purpura
to. pñfer ostēdit. q; vñus btissimā sedem
id ē sinus abrabereq; pñmeret. aliis in-
tolerabili ardore eterni ignis exurit.
Si at illud et qd dñ ad latronez. Hodie eris
mecū in padiso. volucrim? intēdere. qd
alind manifeste designat q; pdurare in
aia b; nō solū pñstinos intellect? . Et iā vi-
cissitudine eas pñgrua. pñ merito? actuūq;
suo? pñfrui qñlitate. Hoc enim illi neq; q;
dñ pñmisisset si ei? aīam nosset post sep-
arationē carnis. vñ priuandā sensu vñ in ni-
hilū resoluēdā. Nō enī caro ei? in pad-
iso b; aia erat ingressura cū christo. Cauē-
da sane īmo toto horrore est detestanda
prauissima heretico? illa distinctio. q; dñ
nō credūt christū potuisse eodē die q; in-
ferna descēdit. etiāz in padiso reperi-
ita dislungūt. amē dico tibi hodie et int?

posta distinctione inferunt-mecī eris in
paradiso. vt scilicet hec promissio nō sta-
tim post transitum vite eius impleta. s;
post resurrectionis aduentum sit implē-
da. non intelligentes illud quod ante re-
surrectionis sue diem protulit ad inde
os qui eum vt lemetipos credebant an-
gustijs hñanis et carnali infirmitate cō-
cludi. Nemo ascendit in celum nisi qui
descendit de celo. filius hominis qui ē in
celo. Quibus manifeste probatur aīas
defunctorum nō soluz suis sensibus nō
priuari. sed ne issis quidem affectibus. i.
spē atq; tristitia. gaudio ac metu carere
et ex eis que sibi ī illo generali examinere
seruantur quiddaz eas iam incipere pñ-
gustare. nec fm opinionem quorundam
infidelium in nibilū eas refolui post hu-
ius cōmorationis excessu. sed vimacius
subsistere deiq; laudibus intentius inhe-
rere. Et trenera vt sequestratis paulisper
testimonij scripturarum de ipsius ani-
mē natura fm mediocritatez sensus no-
stri paucis aliqua disputem. Nōne vñ
tra omnis inepit non dicam fatuidatem
sed insaniātē est vel leuiter suspicari illā
preciosiorem hominis porcionē. in qua
etiam imago dei fm beatum apostolum
ac similitudo consistit. deposita hac qua
reconditūr in prensenti sarcina corpora-
li insensibilem fieri que omnem rationē
in se continens etiam mutam atq; in-
sensibilem materiam carnis participati-
one sui facit esse sensibilez. cum utiq; cō-
sequens sit. et hoc rationis ipsius ordo
contineat. vt exuta mēs ista carnali qua
nunc bebetur pinguedine. intellectua-
les virtutes suas in melius reparet. et pu-
riores eos ac subtiliores recipiat potius
q; amittat. Intantum autem hoc quod
dicimus beatus apostolus veruz esse co-
gnoscit. vt etiam optet ab hac carne dis-
cedere. vt separatione eius enīius va-
leat domino copulari dices. desideruž
habeo dissolui. et cū christo ē mltomag
qm dñ sum? in corpe pegrām a dño. et
idcirco audem? et bona voluntate habem?

Lollatio prima Abbatis

magistris corde et pñtes eē ad dñs
ppr̄ qd̄ etiā p̄tēdim⁹. siue absentes siue
pñtes placere illi. cōmorationē sc̄ia⁹ q̄
in hac carne ē sepaſionē atq̄ diſceſſum
pñtiā eē ad chriſtū tota credulitate cōſi-
dēs. Et enidēt⁹ itaq̄ ſup h̄ipo viuacissi-
mo aiařū ſtati idē apls. H̄z accessiſſi in-
q̄t ad lyon mōtē et cīnitatē tci viuēt̄ bie-
ruſalē celeſtē et ad mſtoꝝ miliū āgelouꝝ
frequētā et eccliaꝝ p̄mitiūꝝ. q̄ p̄ſcripti
ſūti c̄ſl. et ſpūs iuſtoꝝ p̄ſectorū. De q̄b⁹
ſpiritib⁹ i alio loco. Deide p̄ſenq̄t car-
niſnre habui⁹ eruditores et reuereba-
mū nō mſtomaſi ſubiciem pñ ſpūn⁹ et
viuēt⁹. Decōteplādo deo. c. xv.

Con teplatioꝝ dei mſtarie cō-
cipit. Nā d̄ nō ſola incōp̄b̄e-
ſiſillius ſbe ſuę amiratiōe co-
gnosci. qd̄ tñ adhuc i ſpe p̄miſſiōis ab
ſcōditū ē ſtiā creaſarū ſuaꝝ magnitu-
dine v̄l eq̄tati ſuę p̄ſideratiōe v̄l q̄tida-
ne diſpelatiōis auxilio p̄uidet. qñ ſc̄z q̄
cū ſanct̄ ſuis p̄ ſingulaſ ḡnatiōes egerit
mēte puriſſima pluſtrām⁹. cū potētiā ip̄i
us q̄ vnuſla guſnat moderatur ac regit
cū immēlitate ſc̄ieci⁹ et oclm quē ſecreta
cordū laterenō poſſūt tremēti cordemini-
ram. cū barena mar̄ vndax nūeꝝ dimē
ſū ci p̄gnitūq̄ paſidi cogitam⁹. cū plu-
niaꝝ guttas cū ſeculoꝝ horas ac dies cū
p̄tentia fula ve vnuſla obſtupeſci⁹ ſci-
entie ei⁹ affiſſtere cū ineffabilē clemtiā ei⁹
p̄ſideram⁹. q̄ inuera flagicia q̄ ſingulis
momēt̄ ſbiſi⁹ cōmittunt̄ aspectu inde-
fella lōganimitate ſuſterat. cū intuemur
vocatiōe. q̄ nos null̄ p̄cedētib⁹ meriti ſtia
ſuę mihiatiōis aſciuit. cū deniq̄ occa-
ſiones ſaluſ tribuit ad optadiſ. cū qdā
amiratiōis intuim̄ exceil. q̄ ita nos na-
ſci p̄cepit. vt ab ip̄is ciabul grā nob le-
gisq̄ luęnoticia iſuſderet. q̄ ip̄e adiſari
um vices in nob. p solo bōe volūtaſ al-
ſelū etiā btūtudie ac p̄petuis nos p̄m̄is
mūerat. cū poſtremo diſpelatiōi ſuęcar-
natiōis. p nra ſalute ſuſcepit. ac mirabi-
lia miſterioꝝ ſuꝝ i cūtigētib⁹ diſlatauit.
H̄t atalię q̄z huimodī p̄teplatiōes
innuere q̄. p q̄litate viſe ac puritate cor-

diſnřis ſenſib⁹ oriuſt̄ q̄b⁹ d̄ v̄l videt̄
mūdis obtutib⁹ v̄l tener. Quas p̄fecto
null⁹ p̄petuo retēbit in q̄adbuſ aliqd̄
carnaliū viuit affectuū. q̄ nō poterit ait
dñs videre faciē meā. nō enī videbit me
bō et viuet ſez mundo huic affectibusq̄
frenis dedit⁹. Interrogatio d̄ cogi-
tationum mobilitate. cap. xvi.

Ermanus. Quid ḡ eſt qd̄ eti-
am noletib⁹ imo d̄ etiā nescien-
tib⁹ nob̄ ita ſupfluē cogitatio-
nes ſtilit̄ ac latēter irrepit. vt nō ſolum
eas expellere verū etiā intelligere ac depre-
hēdere diſcultat̄ immodeſe ſit. Pōt ḡ
mēs aliqñ ab ill̄ vacua repiri. et nunq̄
huimodi illuſionib⁹ incurſari.

R̄nſio qd̄ poſſit mē ſup cogita-
tionuſtati qd̄ ven poſſit. xvij.

Dyles. Mente qdēnō inter-
pellari cogitatiōib⁹ i poſſibile ē
luſcipe d̄o eаſ ſuę reſpuere oī
ſtudēti poſſibile ē. Quēadmodū igit̄ or-
tuſearū nō oimodis pēdet a nob̄. ita re-
pbatio v̄lelectio p̄liſtit in nob̄. Nec tñ
ereo q̄ diſim⁹ i poſſibile cē mēte cogitati-
onib⁹ n̄ adiri totū v̄l icurſni v̄l ill̄ ſpi-
tib⁹ tribuēdū ē. q̄ eаſ nob̄ n̄tūt̄ inge-
re alio qn̄ nec libet in hoīemancet arbitri-
um. nec i nob̄ ſtaretnre correctiōis indu-
ſtria. H̄z ē inq̄ nrm magna expte vt co-
gitationuſq̄ ſuę emēdet̄. et v̄l ſancte ac
ſpiritales oriaſ i nob̄. v̄l terrene carna-
lesq̄ deſcreſcat. Jo nāq̄ frequēt̄ lectio-
riū adhibet meditato ſcriptaꝝ vt epi-
de nob̄ ſpiritualis mēorē p̄beat̄ occasio.

Idcirco decatatio crebra pſalmorū vt
aſſidua nob̄ exinde ſbm̄iſt̄ cōpunc-
tio. Idcirco vigiliariū ac ieunioꝝ oſo
nūq̄ ſedulitas adhībetur. vt extenuata
mē ſtrena ſape ſcelestia poſſit ac ſb-
limia cōteplari. Quib⁹ rursū negli-
gia irrepētē ceſſantib⁹. ncēe eſt vt mē ſi-
cioꝝ ſqualore p̄creta in carnalē p̄tē cor-
ruat atq̄ declinat.

Cōpatio aq̄rię mole et aie. xvij.
Qod exercitū cordis nō incō-
grue molarū ſilitudini cōpat.
q̄s meat⁹ aq̄rū p̄ccps i p̄em ro

Roy si demonachi destinatio.

tate puoluit. Quem nullatenus quidemcessat repossit ab ope disposito aq[ua]rū impul- sib[us] circūacte in ei[us] p[ro]p[ter]o q[uod] p[er]sistitū est p[ro]p[ter]o testate vix nā triticū malitan ordeū lo- liūve cōminui. Illud nanq[ue] est p[ro]culdu- bio cōmoleđū. q[uod] īgestū ab illo fuerit cui opis illi[us] cura cōmissa ē. Ita igit[ur] etiā am mēs p[ro]p[ter]o vīte p[ro]p[ter]is īcūrſus vīndiq[ue] ī- grūtib[us] tēpationū torrētib[us] q[uod] sp[irit]itali- b[us] inflati neq[ue]tib[us]. īdesinētēr eā cīcūfli- unt atq[ue] cīcūfrepūt vacua qdē cogi- tationū estib[us] īsē nō p[ot]erit quales p[ro]p[ter]o vel admittere vel pare sibi debeat. Siquid[em] ac diligēt[em] s[ic] p[ro]uidet industria. Si enī vt dīxim ad sanctarū scripturarū meditationē īgiter recurram ac mēo- riā nīam ad recordationē spūaliū retu[er] et desideriū p[er]fectiōis spēm q[ui] future bea- titudinis erigam. nēcē est vt orte cogi- tationēs exinde spiritales in his q[uod] medi- tati sum. mētē faciat īmorari. Sin p[ro]p[ter]o desidia seu negligētia superati. vīcīs et ocīos ēōfabulatiōib[us] occupem[us]. seu curi- mādanis et supstūis sollicitudinib[us] īpli- cemur; p[er]sequēt[em] exinde velut qdā q[ui]ca- nior[um] species generata. opationē q[uod] nō rō- cordi noxiā p[re]beat. et hī sīniā dñi sal- uator[us] vbi fuerit thecaur[us] op[er]m[us] seu intē- tiōis nīre ibi et cor nīm nēcō p[ro]manebit.

De tribus cogitationū nostra- rū principijs.

Lap. rit.

Tunc sane p[ro]p[ter]o nobis tētem[us] tria cogitationū nīrān ēsse p[ro]p- cipia. id est ex deo. ex diabolo. et ex nob[us]. Ex deo qdē sūt cū spūsancti illi- stratiōenos vilitare dignat. erigēs nos ad sublimiore p[er]fectiō. et in q[ui]b[us] vīl minus acq[ui]siūimus. vel desidiose agētes supa- ti sum. salutērīa cōpūtione castigat. vīl cū referat nob[us] cēlestia sacramēta et p[ro]p- positū nīm ad meliores act[us]. volūtateq[ue] cōuerit. vt ibi cū rex assuer[us] castigat[ur] a dñō. libros annales instigat[ur] in q[ui]rere q[ui]- bus mardochci bñficia recordat[ur]. sumi- cū gdu honoris exaltat ac p[ro]tinus crude- lissimā sup[er] nece gētis indeē sīniā reno- cat. Vel cū p[ro]p[ter]a cōmōrat[ur] audiā qdē

loq[ue]tū me dñs te. Ali[us] q[uod] dīxit īq[ue]tā- āgel[us] q[uod] loq[ue]batū me. Al[ius] cū fūl[us] dei vē- turū se vna cū p[re]e[st]e et māsionē ap[osto]l[us] nos facturū ēsse p[ro]mitit. Et nō estis vos īq[ue]tā- q[uod] loq[ue]mini. b[us] spūs p[ro]nis vīl q[uod] loq[ue]tū ī vo- bis. et vas electiōis. an expīmetū īq[ue]tā- queris qui ī me loq[ue]tur chris[ti]. Ex diabolo p[ro]p[ter]o cogitationū nascit series. cū subū- terenos tā vīcīor oblectatiōe. q[uod] etiam occulū conat insidijs subtilissima calli- ditate mala. p[ro]p[ter]onis fraudulenter ostē- tās. et trāfigurās se nob[us] ī angeliū luc. V[er]o sic euā gelista refert. Et cena facta cū diabol[us] iaz misisset in coriude symo- nis scarioth vt traderet dñm. Et iterū post bncellaz īq[ue]tā introiuit in illū sathā- nas. Detr[act]o q[uod] ad ananiā. q[ui]re ait tēpta- uit satbanas cor tuū mentiri te sp[irit]ui sancto. Et illō q[uod] mīto aī p[er] ecclesiasten p[ro]dictū legi. si spūs p[er]tātē hīc ascēderit sup[er] te locū tuū ne dimittas. Illō q[uod] q[uod] dī ad tē p[ro]tra achab ī q[ui]rto regū libro ex p[ro]p[ter]ona spūs īmūdi: egrediar et ero spi- rit[us] mēdax ī ore oīm. p[ro]p[ter]arū ei. Ex no- bis aut[em] orūtūr cū natālī ea q[uod] gerimus vīl gessim. vel audiūim recordām. De q[uod] bñs dauid. Logitāui īq[ue]tā dies an- tiq[ue]s et ānos ēternos ī mētēhabui. et me- ditat[ur] suz nocte cū corde meo. et exercita- bar et scopebā spūn meū. Et iterū. Dñs scit cogitatiōes boīm qm̄ vane sunt. et cogitatiōes instoz iudicia. In euange- lio q[uod] dñs ad phariseos qdē cogitat[ur] ma- la in cordib[us] vestris.

De discernēdis cogitatiōibus ad similitudinem p[er]babiliſ tra- pezī.

Lap. xx.

Ancig[ue]t opterū mītā rationē nos īgiter obfūare et vñiner- las cogitatiōes q[uod] emēgunt in corde nro sagaci discretōe discutere. ou- gines earū et cās auctoresq[ue] p[ro]mit[ur] īndā- gātes. vt q[ui]les nos eis p[er]bere tebeam[us] ex illoꝝ merito q[uod] eas suggestur p[er]siderare possum[us]. et efficiamur hīm p[er]ceptū dñi p[er]- bables trapezīte. Quoz lumma pitia- est ac disciplina. p[er]bare q[uod] nam sit aurū

trapezīte. mītā
lumma. p[er]p[er]sonā
et p[er]mītā p[er]p[er]sonā
lumma

Lollatio prima Abbatis

panissimū. et vt vulgo dī obriçū. qđ ve
sit min⁹ purgatōe ignis excoctum. ero
qđ viliqđ denario. si p̄ciosū nūmisma s̄b
colore seu indumento auri fulgeç imiteç.
prudētissima discretiōe nō falli. et nō so
lū nūmismana tyrānoꝝ vultū exp̄mētia
sapiēter agnoscere. s̄ etiā illa q̄ sunt veri
qdē regi image. s̄ nō legitimate figura.
pitia sagaciore discernere. deinde ne qđ
ill' a legitio p̄dere diminutū sit c̄slura
trutine diligēter inq̄rere. Que oia nos
qđ debere spiritualit̄ obſinare s̄b figura et
exēplo nois hui⁹ euāgelic⁹ fīmo s̄ exem
pli p̄posito docet: p̄mū ut qđ cordibno
ſtris tr̄repserit. vel si qđ nob̄ dogma fue
rit itromissū. vtrū nā sit diuinio illo et ce
lesti ſpūſ ſacti igne purgatiū. an ad iudai
cā ſuplītōꝝ p̄tinēs. seu de ſeculari p̄bie
tumore delcedēs ut sit ad integrū ſpiri
talis ignis examinatiōe decoctū. s̄ in ſup
ficiē ſp̄ferat pietatem diligētissime p̄
ſcrutem. Qđ ita poterim⁹ ip̄leſi illud
aplicū fecerim⁹. Nolite oī ſpūſ credere.
s̄. p̄bate ſpūſ li ex deo ſint. Quo ḡne cre
dēdi ſit illi qđ decepti. q̄ post p̄fessioneꝝ
monachi nitore fīmois. et q̄busdā ſunt
p̄bor⁹ dogmatib⁹ incitati. q̄ p̄ma fronte
p̄ijs q̄buldā ſenſib⁹ ac religioni p̄ſonis
audiētes velut auri fulgoꝝ fallētia. q̄ ſe
mel ſupficie illexerāt. velut nūmisma
tib⁹ erēis falſisq̄ deceptos. p̄petuo nu
dos ac miferos reddidēt. vel ad ſeculi
eos ſtrepitū reuocātes. v̄l ad hereticos
errores ac p̄ſuptiones tumidas p̄trahētes.
Qđ etiā achān i libro ieu nauelegim⁹
fuſſe p̄pessū. q̄ d̄ caſtri allophiloꝝ regn
lā aureā p̄cupisces. atq̄ furat⁹. anathe
mate illoꝝ p̄cuti atq̄ etiā morte meru
it ac maledictōe dānari. H̄cdo ſollicite
nos explorare cōueniet ne auro puriſi
mo ſcripturā. praua interptatio coa
pata. metalli p̄ciositate nos fallat. In q̄
etiā d̄no ſaluatori callidissim⁹ diabolus
velut hoī ſimpli ſeptauit i ponere. duz
ea q̄ generaliſ ſunt ſup oīm iuſtoꝝ pſo
nis expoſita maluola interptatiōe cor
rūp̄es ſpecialiſ huic q̄ angeloiꝝ cuſtodia.

nō egebat conat̄ aptare dicēs: q̄i angel
ſuis mā. de te. vt cuſto. te i oīb⁹ vijs tuis
in ma. porta. te ne vniq̄ offeſ. ad la. pedē
tuū. Preciosa ſc̄z eloqa ſcripturaꝝ cal
li da aſſumptiōe p̄tēt̄. et ad p̄riū noxiū q̄
ſenſum detorignēs. vt imaginē tyranici
vult⁹ ſub colore nob⁹ auri fallentis i por
tet. ſiu e cū paracaraximis nos conat̄ il
ludere quoddā ſc̄zpietaꝝ op⁹ āmonēs
affectandū. qđ nō de legitia ſenior⁹ p̄ce
dēs moneta. ſb̄ p̄teſtū x̄tū ducit ad
vicia. v̄l immoderat̄ i cōpetēb⁹ q̄ ieui
nījs ſeu vigilijs nūmījs. v̄l oīonib⁹ i por
tunis. v̄l incōgrua lectiōe decipiens ad
noxiū p̄trabit ſinē. v̄l cū intercessiōes ac
viſitatiōes pias p̄ſuadet i p̄edere. q̄bus
nos ab ſpiritualib⁹ monasterij clauſtris.
et ſcretō aīce q̄et̄ exectiat. ſollicitudines
etiā curaſq̄ ſuſcape religiosarū ac deſti
tutaꝝ ſuggerit feminarū. vt huiusmōi
laq̄is monachū inextricabiliſ ſiciat. ac
p̄nicioſaꝝ ſollicitudinū occupatiōe di
ſedat. v̄l certe cū deſiderare ſanctū cleri
caſ ſofficiū ſb̄ p̄tertu edificatiōis multo
rū et amore lucri ſpiritualis iſtigat. p̄ qđ
nos ab hūilitate p̄poſiti hui⁹. ac diſtri
ctiōe diuelliāt. Que oia cū ſint n̄re ſalu
ti. p̄fessioniꝝ p̄ria. tū ſelamie q̄dam mi
ſericordiē ac religiōis obtecta. facile i p̄e
ritos incautoſq̄ decipiūt. Imitant̄ enī
nūmismana veri regis. quia vidētur ad
p̄fens̄ plena pietatis. s̄ nō ſunt a legi
tūmis monetarijs. id eſt probaꝝ et cathe
licis patrib⁹ figurata. nec de cardinali:
ac de publica collatiōis eoy. pdeūt offi
cia. ſb̄ ſurti fraud̄ denuonū ſabuſat̄. nō
ſine detrimēto i p̄it̄ q̄buſq̄ et ignorātib⁹
ingeruntur. Que q̄nūis v̄tilia ſeu ncīia
videātur ad p̄ſens. tū ſi ſi ſoliditatiſ p̄
fessiōis n̄re incipiāt poſt b̄ eſſe p̄ria. et to
tū quodāmodo co:p⁹ n̄rī labefactare p̄
poſiti. tanq̄ necessariū quidem. ſc̄da
lizans membrū. et quod dextre manus
v̄l p̄pediſ agere videat̄ officiū. p̄iſci a nob
atq̄ abſidi ſalubre eſt. Satius enim
eſt abſq̄ v̄niſ precepti membro. id eſt
operatione v̄l fructu; in ceteris ſanum

affophilus m. v. v. 1.
alium

Rovsi de monachi destinatiōe.

firmumq; durare et tanq; debilem int̄roire in regnum dei. q; cum soliditate mandati incidere in aliqd scandalum. qd perniciosa consuetudine separans nos a distinctionis regula. atq; arrepti propositi disciplina inducat in tale dispendium. qd nequaq; futura detrimēta compensans omnes preteritos fructū totum q; operationis nostrę corpus genne faciat ignibus concremari. De generibus istiusmodi illusionū etiā in puerbijs eleganter exprimitur. Hunc vię que videt recte esse viro. nouissima enī earum venient in profundū inferni. Et iterū: Malignus nocet cum secōmiscurerit iusto. id est diabolus decipit cum fuit colore sanctitatis obiecto. Dicit aut̄ sonum tutele. i.e. discretionis vim. q; de seniorum verbis ac monitione pcedit.

De illusioe abbatis Johānis.

Lap. xxi.

FQ; quo etiam abbatenq; Jo-
hannē qui lyco cōmoratur co-
gnouimus fuisse illusum. Raz
cum hausto corpore atq; defecto. percep-
tionez cibi biduano ieiunio distulisset
accidenti ei ad refectionem die postero
veniens diabolus in figura ethiopis te-
tri pueri. atq; ad eius genua pronolut⁹
indulge inquit mihi. q; ego tibi hunc la-
borem indixi. Itaq; ille vir tatus z dis-
cretionis ratiōe perfectus sub colore cō-
tinentez incongruenter exercitate intelle-
xit se ob hoc calliditate diaboli circūnen-
tum. taliq; distentum ieiunio. vt lassitu-
dinem nō necessariam. uno etiam spiri-
tu nociturā. fatigato corpori suppone-
ret. paracaraximo sc̄ illusus nūmisima-
te dū in illo veri regis imaginem ve-
neratus. parum discutit nō illud esse le-
gitime figuratum. Ultima vero obsua-
rio huins probabilis trapezite. quā de
inquisitione ponderis esse prediximus.
taliter a nobis implebitur si quicquid
agendum cogitatio nostra suggestit. om-
ni scrupulo retractantes. atq; in nostri
pectoris trutina collocantes. equilibra-

tione iustissima p̄pēdamus. an plenū
sit honestate cōmuni. an timore dei sit q;
ne. si integrum sensu. si humana ostenta-
tionē. aut aliqua nouitatis insolentieq;
presumptiōe non leue. si meriti eius pō-
dus inanis cenodoxie non imminuerit
vel arrisenit gloria. Et sic ea protin⁹ ad
publica appendentes examina. id est ad
Theodorus. Nōnūq; los let scriptura dīna abusue mala pro afflictionib; ponere. non quia pér naturā prie mala sīnt. b; fm b; qab his sentiātur mala quib; utilit; inferūtur. Hominib; etenī disputās dīni na censura. necesse est vt humanis xbis et affectionib; eloquatur. Etenī sectio vel vstio salutaris que illis qui vlcērū contagione putrefacti sunt pie infertur a medico. mala a tolerantib; credit'. nec iniquo carcer. nec eq; calcar. nec emēdatio luanis est delinquēti. Omnes etiam discipline his q; erudiūt amare sentiūt ad pns. sicut apls dicit. Omnis autē disciplina ī pnti nō videſ esse gaudij b; meror. postea at fructū pacatissimū bis qui per se exercitati sunt reddet iusticie. Et quē diligit dñs corripit flagellat at omnē filiū quē recipit. Quis ei est filius quē nō corripit pater. Itaq; mala non nūq; ponī pro afflictionib; solent fm illō. Et penituit deū super maliciā quā locut' est vt faceret eis z nō fecit. Et iterū. Quia tu dñe misericors z miserator. paties z multū misericors z penitens in malicijs. id est super tribulationib; et

erūnis quē nobis pro peccatorū nosstro rū meritis inferre cō pelleris. Quassciens vtiles esse nō nullis. ita aliis ppber ta utiq; nō inuidens salutū eoz b; cōsus lens imprecatur. Adde illis mala domine. addemala glorioſis terre. Et ipē dō minus. Ecce inquit inducam super eos mala. id est dolores ac vslitates. q; bus in presenti salubrī castigati ad me quē in rebus prosperis contempserūt. reuerit tandem ac festinare cogātur. Ideoq; hec principalia esse mala nō possumus definire multis enī ad bonū proficiunt et causas ēternorum pariūt gaudiorum. Et idcirco vt ad questionem propositā recurramus. vnlnera quē putantur mala nobis ab inimicis vel a quibuscumq; alijs interrogari. nō sūt credenda mala ec b; media. Non enī talia inuenientur quālia putat esse ille qui intulit animo furiando. b; qualia senserit ille qui sustinet. Ideoq; cum illata fuerit mors viro sancto non ei malum illatum esse credendū est. sed medium quiddā. Qd cū peccatori maluz sit. iusto requies z absolutio fit maloy. Mors enī viro iusto reqes. cui? vita abscondita ē. Et tō n̄ c vir iust? ex hac aliqd ppetit detrimētū q; nihil p. tulit noui. b; id qd ei accessurū fuerat ne cessitate nature inimici neq; tia non sine p̄mio vte pēnis exceptit. ac debitū moris hūane qd inexcusabili lege reddēdū est. cū fructū vberimo passionis. ac magne remuneratiōis mercede persoluit.

Interrogatio an reus sit qui iusto intulit morte cū iustus habeat de morte mercede. *Lap. vii.*

Eri manus. Ergo si iterēpt' iust' nō solū nihil mali ppetus est. b; etiā mercedē passiōis asseqtur. quō in reatū vocabit' q; nō nochit mortē inferēdo b; profuit.

Respōsio ad precedentez interrogacionē. *Lap. viii.*

Theodorus. Nos te ppriate boni maliz vle' qd dixi? cē mediū disputam? nō d' affectu eoz.

Collatio sexta Abbatis Theodori.

qui ista cōmittūt. Nec enī q̄s impi⁹ vel iniquus idcirco impunitus erit. q̄ malitia sua iusto nocere nō potuit. Tolerationia enī et virtus iusto nō illi qui morte vel supplicia intulit. sed illi proficit ad mercēdē qui illata sibi patiēter exceptit. Ideoq; et hic merito punietur p̄ crudelitatem suę vicio qua malū voluit inferre. et ille nibilominus nihil mali perpessus est. q̄ virtute animi sui patiēter temptationes doloresq; sustentans. ea q̄ malo p̄posito illata sunt ad profectū melioris status. et eterne vite fecit beatitudinem peruenire vel pertinere.

Et rēplū beati iob a diabolo tēptari. et dñi a iuda traditi et q̄ iusto rā p̄spera q̄ aduersa p̄ficiat ad salutē. **Lap. ix.**

Ne q̄ enī patientia iob mercede⁹ diabolo q; enī illustriorē suis temptationib; reddidit. Billi ip̄i q̄ eas viriliter pertulit acquisiuit. nec iudicem⁹ supplicij imunitate donabitur. q̄ p̄ditio eius ad salutē generis. p̄fecit humani. Non enī p̄uenitus p̄siderādus est opis b̄operatis affectus. Quapropter hec debet in nobis diffinitio imobiliter custodiri. q̄ nulli malū ab alio possit inferri. nisi qui illud ignavia sui cordis ac p̄fillanimitate p̄traxerit. hāc eandē sententiā beato a p̄stolo uno versiculo confirmātē. Scimus autē qm̄ diligentib; deū oia cooperātur ad bonū. Dicēs enī oia cooperātur ad bonū. vniuersa nō solū q̄ prospera. verū etiā q̄ putātur aduersa pariter cōp̄ebendit. Per q̄ et in alio loco idem aplū se transisse describit. cum dicit. Per arma iusticie q̄ a dext̄ris sunt et a sinistris id est per gloriam et ignobilitatem. per infamiam et bonam famam. vt seductores et veraces. ut tristes. semper autē gaudentes. ut egentes. multos autē locupletates et cetera. Omnia ergo q̄ p̄spera repūtantur et dext̄re dicuntur partis. q̄ sanct⁹ aplū glorię et bonę famę vocabulo designantur. illa etiā q̄ existimatur aduersa q̄ per ignobilitatem et infamiam evidenter ex-

pressit. q̄q; a sinistris esse describit. efficiuntur viro perfecto arma iusticie si illata sibi magnanimiter suscitauerit. q̄ vi delicit per hec dñmicas et in illis ip̄is qui bus impugnari putatur aduersis taq; armis vtendo eisq; velut arcu et gladio scutoq; validissimo cōtra illos qui hec īgerūt cōmunitus. p̄fecit suę patiētie ac virtutis acquirat. gloriolissimū constātie triūphū ex ip̄is q̄ letaliter inferuntur capiens hostiū telis. nec p̄sporis dumtaxat elatus. nec delectus aduersis. sit in re plano ac via regia semp incedens. ab illo trāquillitatis statu nequaq; leticia superueniente quasi in dext̄ra motus. nec ingruentibus aduersis tristitiaq; cominate velut ad leuam rursus impulsus. Pax enī multa diligentib; nomē tuu⁹ et nō est illis scandalū. De illis vero qui per singulos incurrentes casus. p̄ eorum qualitate ac varietate mutatur ita dicit. Stultus aut̄ sicut luna mutatur. Ut ei de perfectis ac sapientib; dicitur. diligētib; deū omnia cooperātur ad bonū. ita d̄ infirmis. p̄nūciat̄ ac stultis. Omnia adūsa viro insipīcti. nec enī p̄sporis rebo p̄ficit nec emendatur aduersis. Eiusdēnā. q̄ virtutis est tristia fortiter tolerare cuī ins etiam sc̄da moderari. et cū qui ī uno eoq; superatur neutrū suffere certissimum est. Facilius tamen quis elidī potest p̄sporis q̄ aduersis. Hec enī interdū etiā inuitos retinent atq; humiliat̄. et cōpūctione saluberrima v̄l minus peccare faciunt vel emēdant̄. illa vero molib; mētem ac perniciousis extollentia blandimentis. securos felicitatis suę puent̄. ruina maiore prosterunt.

Per virtutē viri perfecti qui abī dexter figuraliter nūcupatur. **Lap. x.**

Th̄i sunt ḡ q̄ figuraliter in scripturis sanctis amfoterodexioi id ē ab dext̄ri nūcupāt̄. vt ille aoth in libro iudicium fuisse describitur. q̄ vitraq; manu vtebat̄ p̄ dextera. Quā dext̄e

De nece sanctorum

ita poterim⁹ nos quoq; intellectualē possidere si ea q̄ p̄sp̄ra sunt dexterāq; censem̄ et ea q̄ aduersa sunt ac sinistra dicū nē. bono rectoq; v̄su ad partē fecerim⁹ dexterā p̄tinere ut q̄cūq; fuerint illata fiant nob̄ s̄m aplin̄ arma iusticie. **N**uaby nāq; partib; (et vt ita dix erim manib;) interiorē boiem nostrū subſiſtēre quidemus: nec q̄ſq; sanctorū carere hac ſinistra quā dicim⁹ pōt ſin. hoc v̄tus pfecta diſcernit: ſi v̄trāq; in dexterā bñ v̄tendo cōuertat. **E**t vt ma- nifeſtiuſ hoc quod dicimus poſſit ite- ligi: habet vir sanct⁹ dexterā ſuccellus videlic⁹ ſpirituſales in qua tunc cōſiſit: qn̄ ſeruens ſpū dederiſ et p̄cupiſcen- tis omib; dñatur. qn̄ ab omī diaboli- ca impugnatōe ſecurns abſq; v̄llo la- bore ac difficultate vicia carnis vel re- ſpuit vel abſcidit. cū ſublimat⁹ a terra vniuersa p̄ſentia atq; terrena: velut inanem fumū vmbraq; vacuā p̄teplatur et mox tranſitura contemnit cū fu- tura p̄ excessum mentis: nō ſolū arden- tissime concupiſcit: verū etiam clari⁹ in- tetur. cū efficacius ſpirituſalib; paſcitur theorijs: cum lucidiuſ ſibi reſerari con- ſpicit celeſtia ſacramenta: cū orationes purius atq; alacriuſ emittit ad dñm. cū ita ſpū ardore ſuccenſus ad ea que iuſibilia ſunt et eterna tota animi ala- critate transmigrat: vt nequaq; ſe iam credat in carne cōſistere. **H**abet ſiliter et ſinistrā cum temptatōnum turbinib; implicatur: cū ad deſideria carnis incē- tuorū eſlib; inflammat⁹. cū ad iracū- die feruorem perturbationū igne ſucce- ditur. cū ſuperbię ſeu cenodoxię elatōe pulsatur. cū truſticia morte operāte te- pmitur. cū machiniſ accidię et ipnigna- tione occidię. cūq; oī ſpirituſali feruore ſe- ſto qdā te pore atq; irrationabili mero re torpeſcit: vt nō ſolū cogitatōib; recq; ac feruentib; deſeratur: ſed enī psalm⁹ oī lec̄tio remoſio celle ſumſtorreant: et tolerebili quodā tetroq; fallido vni- uera ſordeant iſtrumenta virtutum. q̄

bus cū pulſat monachus ſinistris pti. bns ſe cognoscat vrgeri. **Q**uisq; igit in ill⁹ que dextre parē eſſe p̄dūm⁹ mīme fuerit ſu bintrāte glīa vanitatis elatus et in iſlis que ſinistrę p̄tis ſunt viriliter dimicās: nulla desperatōe p̄ciderit: ac potius de cōtrarijs arma quedā patē ad exercitiū x̄tūtis aſſumpſerit. vtraq; manu v̄tetur p̄ dexterā: et in vtrōq; actu triūphator effect⁹ tam de ſinistro ſtatū q̄ de dexterā palmā vīctorię conſequet⁹ **Q**uale htm̄ iob legi⁹ meruſſe: q̄ v̄tq; p̄ dexterā coronabat qn̄ ſeptē filioꝝ p̄ opulentus ac diuines incedens quotidiana p̄ eoz purificatōe ſacrificia dño of- ferebat: nō tā ſibi eos q̄ deo ſuceptos ac familiareſ cupiēs exhibere qn̄ ianua eius oī aduenienti p̄tebat: qn̄ erat pes claudorꝝ: et oculus eceorꝝ: qn̄ de velleri bus ouiū eius humeri calefiebat inſi- mo: um: qn̄ erat orphanoꝝ pater et vir viduariū: qn̄ nec in cor: de quidē ſuo ſup inimici ſui ruina ganifus eſt. Idēq; tur- ſus p̄ ſinistrā partem ſublimiore v̄tute de aduerſitatib; triūphabat: cū ſeptem filiis uno orbatus momēto: non vt pa- ter acerbo luctu cōſiciebat: ſed vt verus dei famulus ſup creatoris ſui volūtate gaudebat: cū ex locuplete pauperrim: nadus ex diuite: ex valido tepidus: ex inclyto et glorioso ignobilis atq; deſpe- cts incorruptam animi fortitudinē re- tentabat. **C**ū deniq; omī ſubſtātia atq; opib; deſtitutus ſterquilinij erat factus habitator: et velut qdāz corpori ſui ſene- riſſimus carnifex telta radebat ſaniē p̄- fluentem: atq; ex omī parte mēbroꝝ gle- bas dñmū mersis in pſunda v̄uineq; digitiſ tetralebat. **I**n qbus cunctq; in nullā deſperando plapsus eſt blaſphe- miā: nec aduersus creatorē ſuū in ali- quo murmurauit quinimo neq; tan- ta temptationum mole atq; acerbitate cōterritus: ipm quoq; qd̄ ex oī priuina facultate ſuo corpori ſupuerat in dumē- tum qd̄ ſolū q: ipo v̄liebat: a diabo li potuerat vāſtatiōe ſaluari reſcidens

f

Collatio VI abbatis Theodori

atq; abiiciens adiecit sup illaz quā dñ
nissimus predo intulerat spontaneā nu
ditatem. **C**onā quoq; capitis: que so
la de priori glorie reliquijs intacta remā
serat: vexatori suo, piecit abscisam. et am
putans etiā id qd scuiēs reliquerat ini
micus. illa celesti aduersus eum voce tri
pudiat et insultat. **S**i bona suscepim⁹
de manu domi; mala nō suscinebimus:
Pudus egressus sum de vtero matris
me⁹: nūdus reuertar illuc. **D**omin⁹ de
dit dñs abstulit: quō dño placuit sic fa
ctum est: sit nomen domini benedictum.
Ambidextrū merito dixerim et ioseph.
q; in p̄sp̄ris gratior: patri: religiosior fra
tribus: acceptōr deo: in aduersis causis
domio fidelis: carceri m̄tissimus vincit.
inuictarū immemor: beneficis inimicis
inuidis: et q̄stum in iphis fuit interfectori
bus fratrib⁹ nō solū piis: s; etiā muni
ficis inuenit. **S**i ergo eorūq; consimi
les recte .i. ambidex
tri nuncupat. vtraq; em⁹ manu vtūtur
p̄ dextra: et inter hec que aplūs dinume
rat transentes partē dicūt. **P**er arma
iusticie que a dextris sunt et a sinistris. p̄
gloriā et ignobilitatem. p̄ infamia⁹ et
bonam famam ēt. **D**e qua dextra vel si
nistra ita salomon ex persona spōse loq;
tur in cantico cantico⁹. **L**ena eius s̄b ca
pite meo: et dextera eius amplexabit me
Quas licet vrasq; vtiles esse significet
tū illam sub capite suo ponit: q; subiace
re debent aduerser̄ ptes p̄ncipalitat̄ cor
dis. **A**d hoc siquidem tū vtiles sunt: ut
p̄ tempore nos exerceant et erudiāt ad sa
lutem. ac pfectos ad patientia⁹ reddant
dexterā vero ad confoundandā se ac ppe
tuo conseruandā salutari amplectu spō
si sibimet coerere: atq; insolubiliter ei
optat innecti. **E**rimus igitur ambidex
tri: qn⁹ nos quoq; rerū presenti⁹ copia
v̄ inopia non mutarit: et nec illa nos ad
voluptates noīcē remissionis impulerit
nec ista ad desperatōem attraxerit et que
relaz: sed simili⁹ deo grates in vtrōq; re
ferentes p̄atem fructum de sc̄dis aduer

sisq; capiamus: qualem se ille ver⁹ am
bidexter doctoz gentiū fuisse cōsecutum
testatur dicens. **E**go em⁹ didici in quib⁹
sum sufficiens esse: scio et humiliari: scio
et abūdere: vbiq; et in omnibus institu
tus sum: et saturari et esurire: et abūdere
et penuriam pati: omnia possum in eo q̄
me confortat.

De duplice genere temptationis
et triplice mo inferuntur. **C**a. xi.

Rogo licet dixerim⁹ bipartitam
esse temptationem: id est in rebo
vel p̄sp̄ri vel aduersis: sciendū
est tū om̄es hoies triplici rōne temptari
Plerūq; ob. pbatōem: nonnunq; ob
emendatōem: interdū ob merita delicto
rum. **E**t ob. pbatōz qdē: vt btm abraā
vt iob multosq; sanctorū: tribulatōnes
innumerās legim⁹ p̄mis̄e: vel illud qd
in deuteronomio dicit ad populum per
moisen. **E**t recordaber̄ cūcti itineri illi⁹
p̄ quod adduxit dñs tens tuis q̄dra
ginta annis p̄ desertum: vt affligeret te
atq; temptaret: et nota fierent que i tuo
animo x̄sabuntur: vtrū custodiens mā
data illius an nō: et illud quod in p̄s. dē
p̄bani te apud aquam contradictōnis.
Adi iob qz. **A**n putas metibi aliter locu
rum: q; vt appareres iustus: **O**b emēda
tōem vero cui iustos suos: p̄ parnis qui
busdaz leuibusq; peccati: seu pro elatōe
sue puritatis humilians diuersis tem
ptatōibus tradit: vt omnem sordē co
gitatōnum: et vt x̄bis p̄p̄hetē dica⁹: sco
riam quā in occultis eorū quidet esse cō
cretā excoquēs in p̄senti: velut aut p̄ pu
num futuro trāsmittat examini: nihil in
eis residere p̄mittēs qd̄ scrutās: post hec
indicijgnis penali cruciati expurgatu
rus inueniat: fm illnd: multe tribulatō
nes iustorū: et fili-noli negligere discipli
nam dñi: neq; fatigē dū ab eo in crepa
ris: quez em⁹ diligit dñs corripit: flagel
lat aut omnē filiū quē recipit: q; se ni est
fili⁹ quez nō corripit p̄: **N**isi ex disciplē
nam estis cui⁹ participes facti sunt oēs:
ergo adulterini et nō filij estis: et in apōcē

De necessariis sanctorum

ego quod amo arguo et castigo. Ad quod etiam
in figura hierosim et psalmi dei per hieremiam
fimo dirigitur. Facia enim pluviationem in
oibus gentibus in quibus displiceat te autem non
facia in pluviatione; sed castigabo te in
iudicio; ut non tibi videar innoxius. Pro
qua salutari emendatione orat daniel di-
cens. Proba me domine et tempta me; vtere
nes meos et cor meum. Iesaias quod utilitate
huius temptationis intelligens. correpe in
quit nos domine. veritatem in iudicio et non in
furore tuo. Et iterum. Confitebor tibi domi-
ne quoniam iratus es mihi: conuersus est furor
tuus et consolatus es me. Pro merito autem
peccatorum plaga temptationis inferit: ut
ibi plegas populo israeli immisurum se do-
minus cōminat dicens. dentes bestiarum
immittat in eos cum furore trahentium super
terrā et frustra percussi filios vestros disci-
plinā non receperitis. In psalmis quoque
multa flagella peccatorum. Et in euangeliis.
Ecce sanus factus es: iam noli peccare
ne teteris tibi aliquod contingat. Inueni-
mus sane et quartam ratum: qua ob manū
festandā solummodo gloriam et opa dei inferri
quibusdam aliquas passiones scriptura
rum auctoritate cognoscimus. Nam illud
euangeli. Neque hic peccauit neque parētes
eius; sed ut manifestetur opa dei in ipso.
Et iterum. Infirmitas hec non est ad mortem
sed per glorificem filium dei per ipsam. Hunt autem et alia ultionem genera:
quibus non nulli quod malicie supergressi sunt cu-
mulū percutiunt ad pīns. ut dathā etabi-
ron sine chore legimū fuisse damnatos.
et ultime illos de quibus aplius dicit.
Propter quod tradidit illos de in passio-
nes ignominie. et in repubum sensum. quod
etiam ceteris penitentiis iudicandum est.
De ipsis namque psalmista. In laboribus in-
quit homini non sunt et cum homib⁹ non fla-
gellabuntur. Non enim merentur salutari vi-
satate dñi: nec temporalibus plagi conse-
qui medicinam: quod desperantes semetipsos
tradiderunt impudicitiam: in operatōes oīs
errois in immundiciam. quique obdura-
tione cordis et usū ac frequētia deliquē-

di purgationē breuissimi huius enim et ultio-
nē vite presenti exceduntur. Quibus pro
pletā sermo dominus exprimat. subuerti-
vos sicut subuertit deus sodomā et go-
morā. et facti estis sic tori rapto de incē-
dio. et nec sic redistis ad me: dicit domini.
Et hieremiam. Infecti et perdidit psalmū meū
et in via suis non sunt reuicti. Et iterum
percussisti eos et non doluerunt: attriueristi
eos et renuerunt accipe disciplinā. indu-
rauerunt facies suas super petram: noluerunt
reuicti. Erga quorum curatōes oēs tuis isti
medicina vidēs. prophetā incassum fuisse
plumptā: desperatis quodammodo īā de eorum
salute perclamat. Defecit sufflatorum in
igne: frustra perfluit perflator: malicie enim
vires non sunt plūpte argentū repbus ro-
cate eos. quod dñs piecit illos. Hac salu-
tarē ignis purgatōes circa eos quod perdura-
ti sunt sceleribus suis inanis se dñs adhi-
buississe sub psalmū hierosim percreta perfracta ru-
bigine pīctō et ita concreti. Donec in quās
ollā enēa super prunas vacuam ut icale-
scat. et liquefiat es ei. et confiterit in medio
ei inquinamentū ei. multo labore suda-
tum est. et non exiuit de ea nimia rubi-
go ei neque per ignē immodicia tua ex-
crabilis: quod mundare te volui: et non es mun-
data a lordib⁹ tuis. Nobrem ut pitissi-
mus medicus expensis oibus salutaribus cur-
ris: nec ulluz iam remedij genitum quod infir-
mitati eorum possit aptari dñs superesse co-
spiciens: quodammodo iniquitatū magni-
tudine superat. ac discedere ab illa clemē-
ti sua castigatione perpellit. ita quod ei denū-
ciat dicens. Jam non irascar tibi. et celus
me recessit a te. De alijs vero quorum non
predurauit cor: frequētia pīctō. nec illa
seuerissima (et virtute dixerim) caustica ig-
nis idiget medicina. sed eruditō saluta-
ris ubi sufficit ad salutē dicit. Emēda-
bo eos in auditu tribulatiōis sue. Non
ignoramus alias quod animaduersiones
sue ultionem causas que inferuntur his quod
guissime deliquerunt. non ad expianda eo-
rum criminia: nec ad abolenda merita pec-
catoꝝ. sed ad emendatōes metūque viuentū

Lollatio VI abbatis Theodori

Genidens in hieroboā filiū nabath bā
alā qz filiū achia z achab atq; iezel, illata cognoscim⁹. ita pñciate diuina cēsura. Ecce ego īducā sup te malū z de metā posteriora tua. z iterficiā d' achab mingente ad pietē. z clāshū z nouissimū in isrl̄. z dato domā tuā sicut domū hie roboā filij nabath. z sic domū baasa filij achia. q; egisti vt me ad iracundiam puocares. z peccare fecisti isrl̄. canes etiā comedēt iezel in agro iegrabel. si mortu⁹ fuerit achab in ciuitate. comedent eū canes. si aut̄ mortu⁹ fuerit in agro. comedent eū volucres celi. Et illud qd̄ p̄ genti cōminatōe denunciat. Nō infere tur cadauer tuū in sepulchri patrū tuo rum. nō quo vel illius tā. pfana cōmēta qui vitulos aureos ad p̄petuā p̄uaricationem pleb̄ impiam qz a dño sepatōnē p̄mis instituit. vel illoꝝ tam innumera tāqz nepharia sacrilegioꝝ crimā h̄ ex coquere breuis ac momētanea pena inficeret. h̄ vt ceteris qz q̄ futura v̄l negligentes vel penit⁹ nō credentes. p̄ sideratione tm̄ mō p̄sentiū frangebant. terror istarū qz metuebant vltionū incutere exemplō. nec apud illā sumi noīs maiestatem esse humanarū rez. et quotidiāe dispensatōis incuria documēto bni⁹ se ueritatis agnoscerēt. ac retributorē deū cunctorū actuū p̄ hec q̄ grauissime formidabat manifestius perniderēt. Inuenimus sane etiā p̄ pleniorib⁹ culpis non nullos eandē mortis ad p̄sens excepsisse sentētiaz q̄ sunt z illi p̄niti qz p̄dixim⁹ extitisse sacrilege p̄uaricatōis auctores vt factū est in illo qui sabbato ligna collegerat. vel in anania et laphira qui parum quidem de substantia sua infidelitate errore seruauerant: non q̄ equalia fuerint p̄dera peccatorꝝ. h̄ q̄ reptino. ne transgressionis p̄sumptores debuerunt p̄bere cetēs quemadmodū peccati. ita etiā pene a terroris exemplū: vt qz q̄s eadē deinceps affectare temptas. set nosset sibi s̄m eandē formā qua illi damnati sunt. etiāz si in p̄senti suppli-

cium differat in futuriū indicij examina-
tionē reddendū. Et q; vidē excessum
quendā dū genera temptationū vel vlti-
onū p̄currere volumus a p̄posita nar-
ratione fecisse. q̄ dicebam⁹ virū pfectu⁹
in vtraqz temptationē manere semper im-
mobileꝝ. ad eandem nunc iterū reūtam⁹

Quomōd̄ virū iustus non cere h̄
adamantino signatōio debeat
esse consūmilis. Cap. xij.

Taq̄ mens virū iusti nō debet
esse similis cere vel alteri⁹ cuiusqz
materiē mollior⁹. q̄ sp̄ caracte-
ti signatiū cedēs. p̄ eius forma atqz ima-
giē figurat. quāqz in setam diu retinet
donec alio rursus sup̄presso signatu-
lo reformat. atqz ita fiet vt nunqz in sua
q̄litate persistens ad formā eoz que im-
pinunt sp̄ conūtaſ ac transeat. qn poti⁹
debet velut qd̄dam esse adamantinū si-
gnatoriū vt inuolabilē mens nra figu-
ram sui sp̄ custodiens caracteri vnuer-
sa q̄ incurrent sibi ad q̄litatē sui stat⁹
signet atqz trāsformet ipsa vero insigni-
ri nullis incurisibus possit. Interro-
gatō si possit mens in vna atqz
eade qualitate iugiter durare

La. xiiij.
Ermanus. Potest ne mens
nostra vnu statū iugiter retine-
re. z in eade sp̄ q̄litate persiste-
re. Responſio ad interrogati-
onis propositionem. Cap. xiiij.

Theodorus. Necesse est vt
s̄m aplm. aut renouat⁹ qz sp̄
mentē sue p̄ singulos dies p̄fici
atad ea se q̄ in ante sunt sp̄ extēndens
aut si neglexerit cōsequens est vt retro
redat atqz in deten⁹ relabat. Et idcirco
conullo mō mēs poterit in vna atqz ea-
dez q̄litate durare. velut si qz p̄ aquas
flumis violenti nauē subigere remorū
impulsionē conet. necesse est eū aut ſu-
te brachiorꝝ torrenꝝ haluci impētū desecā-
tē ad supiora cōdescēdere. aut remissis
manib⁹ ad p̄ceps prono amne renocari
Qua ppter istud erit enidēs nri indiciū

De nece sanctorum

detrimento si intellexerim nos nibil amplius acquisisse nec dubitem retrois us nos omnimodis renocatos qdienō serim ad supiora progressos qz ut dixi nec in eodem statu mens huius pōtiugiter permanere nec in hac carne cōsistēta x̄tū apicē possidebit qslqz ille factoz ut immobil pseueret. Necesse est enī aut aliquid adjici illis sp aut minui nullaqz i oī creature tal poterit esse pfectio q mutabilitatē nō subiaceat passiōni. Hm illō qd in libro beati iob legit. Quid est hō ut immaculat sit et iusl apparent natē demuliere. Ecce inter sanctos ei nemo immutabil et celi nō sunt mudi in pspēctu ei. Solū nāqz deū immutabilem conitem quē tmō sancti illius ppbete ita pcallat orō. In atidē ipē es. Et ipe d se Ego sū inqz dē et nō mutor. q sc̄ z pse sit solus naturalis sp bon sp plen spqz pfect. cui nibil nec adjici possit aliquā nec minui. Ideoqz debem ad x̄tū studia irremissa cura ac solicitudie nosmetip̄os sp extendere. ipsqz nos in git exercitiis occupare ne cessante pfectu pfectum diminutō subsequat. Ut enī diximus in uno mēs eodem qz statu manere non p̄ualet. i. vt nec augmenta x̄tū capiat nec detrimēta sustineat. Nō acqsl se em eius minuisse est. qz desinē pfectē di a ppetit nō aberit a piculo recedendi.

Qd detrimentū sit discedentis ecella. Cap. xv.

Modoqz iugis celle cōmoratio retentanda est. Totēs ei etiā reūsus qz velut nouus in ea et incipiens habitator titubabit atqz turbabit. quoties ab eadem fuerit evagat. Illā nāqz quā in cella residens acquisierat animi intētōz si fuerit relaxata recuperare rursus non sine labore poterit ac dolore. qz h̄eductus retro non deamissio cogitabit. pfectu quē supadijere potuit. si e cella non fuisset excursus. sed gaudebit potius si illū statū de quo recidit semetiōm senserit recepisse. Nam sic amissum ac preteritū tps vltē renoca

rinon pōtrita ne illa qdem q̄ pierū pos sunt emolumēta restitu. Quātūlibz enī post hec animi intentio fuerit opata. instanti dīci. pfectus et p̄sent tpis questus est. non lucrī semel perditī reparatio.

De mutabilitate etiam supnāruz celestiumqz virtutū. La. xvi.

Mutabilitati aut etiā supernas potestates ut dixim subiacere declarat illi qui de eo p̄ nume ro corrupte voluntatis vicio corruerūt. Unneqz illi immutabil nature esse putandi sunt q in illa qua creati sunt beatitudine p̄senerat. eo q̄ in contrariā ptem nō fuerit simili t̄pnu. Alind nāqz ē immutabil nature esse alind x̄tū indu stria boniqz custodia q̄ immutabilis dei grām nō mutari. Quicqz em per dili gentiā vel acqrit vel tenet. pōt etiā per negligentia depire. Ideoqz dicit. ne beatifices hoīem an exitū suuz. q̄ videlicet adhuc in colluctatōne qz (et vt ita dixerim) scemate cōstitut. qz quis vincere soleat. ac frequētes palmas victoriē cōse quat. nō pōt tñ a metu ac suspitione incerti puentus esse secur. Et idcirco dē solus immutabil vel bonus dñ. qui bonitatem nō industrie studio s̄ naturalis possidēt nō pōt alind qd esse qz bonus. Nulla igit x̄tū pōt immobilitab̄ hoīine possideri sed vt parta iugit teneatur. necesse est ea sp illa qua acquisita est sedulitate atqz industria custodiri.

Qn nemo ruina subitanea col labatur. Cap. xvii.

Lapsus x̄o quispiā neqz subitanea ruina corrissē credēt. est s̄ aut p̄ne institutōnis decēptus exordio aut per longā mentē incūriam paulatē x̄tute animi decedēte. et p̄ h̄ sensim vicijs increscētibz casu misera bili p̄cidisse. An p̄tritionē em p̄cedit in iuria et an ruinā mala cogitatio. quēad modū dom⁹ nāqz subitaneo ad ruinām p̄cūbit impulsu. nisi aut antiq̄ vicō fundamēti aut lōga inhābitantiū t̄sidia stillicidij p̄mū parvissimis penetrantur.

f 5

Capitula

tib⁹ corrupta sensim fuerit munimenta
tector⁹. q⁹ p⁹ retusta negligentia i⁹ ma-
iore mod⁹ patescat atq⁹ collapsis ri-
vatim post h⁹ influet pluvias imbricq⁹
tempestas. In pigrijs enī humiliabit cō-
tignatio. ⁊ in segnicie manuum stillabit
dom⁹. Qd̄ aī spiritali⁹ euenire idē sa-
lomon alijs x̄bis ita designat. Stillici
dia inq⁹ eis iūt̄ boiem in die hyemali
de domo sua. Elegant⁹ g⁹ men⁹ incuria⁹
domati p⁹auit tectoq⁹ neglecto. p⁹ qua⁹
p̄mo qđem velut minutissima quedam
penetrat ad aīa⁹ stillicidia passionum.
Q̄ si velut parua ac lenia negligant' cor-
rupunt tigna x̄mū. ⁊ post h⁹ influit im-
bre largissimo vicerū p⁹ que in die hye-
mali. i. in tpeptationis ingruēte impu-
gnatione dialoli expelleſ mens de habi-
tatione x̄tū in q̄ sc̄z aliqui circūspectā
diligentia⁹ retinens velut in domo p̄rie
possessionis requeuerat. His itaq⁹ cōpq⁹
infinita spiritual⁹ cibi pcepim⁹ voluptate,
ita ut ex hac collat⁹ maiore animi gau-
dio replerem⁹ q̄ antetristicia super nece
sanctor⁹ fueram⁹ affecti. Qd̄ solū enim
de qbus hesitabam⁹ edoc⁹ sum⁹: verū
etiā illa q̄ p tenuitate sensus nostri mi-
nus in q̄rere noueramus: sub illius que-
stionis interrogacione cognouimus
**Explicit collatio abbatis theo-
dori. Incipit capitula collato-
nis prime abbatis Sereni.**

Capitulum primum.
I. E castitate abbatis Sereni.
ii. Interrogatio predicti se-
nis sup statu cogitationū nra.
iii. Responſio nra sup aiemobilitate.
iv. Disputatio senis de statu aime
ac virtute eius.
v. De perfectione aīe ad similitudi-
nem euangelici centurionis assunte.
vi. De pſenerantia erga cogitatio-
num custodiam.
vii. Interrogatio de mobilitate ani-
me ⁊ impugnatione nequitiaz celestiū.
viii. Responſio super adiutorio dei ⁊
literi arbitri⁹ potestate

ix. Interrogatio super anima⁹ ac de-
monium coniunctione.

x. Responſio in quē modū spūs
immundi humanis mentib⁹ copulantur

xi. Obiectio vtrū possint spūs im-
mudi humanis mentib⁹ copulantur

xii. Responſio quemadmodum ener-
guminiſ immundi spiriuiſ dominent⁹.

xiii. Qd̄ spiritus spiritui penetrabilis
esse non possit sed in corporeo ſoli deo.

xiv. Obiectio qua demones credi de-
beant cogitationes hominum peruidere

xv. Respoſio quid possint temones
in cogitationib⁹ homin⁹ qđ venō possint.

xvi. Similitudo qua spūs immundi
cogitationes homin⁹ doceant agnoscere.

xvii. De eo qđ nō singuli quiq⁹ temo-
nes vniuersitas hominib⁹ ingerat paſſiōes

xviii. Interrogatio an inter demones
impugnationis ordo ac viſiſtudis di-
ſcipina seruetur.

xix. Responſio in quē modū p̄cio de-
monū ſup viſiſtudis ipuſtōe ſblisſat

xx. De eo qđ non ſunt vnius fortitudi-
nis contrarie potestates nec temptandi
ſuſtis in eorum ſit arbitrio collocata

xxi. De eo qđ demones cum homini-
bus non ſine ſuo labore conſligant

xxii. De eo qđ non ſit potestas nocēdi
in arbitrio demonum collocata.

xxiii. De imminuta demonū potestate

xxiv. Qua rōne demones ſibi in co:ū
corpora q̄ arreptū ſunt adiūt parent

xxv. De eo qđ miserabiliores ſint hi q̄
vicijs q̄ qui ipis demonibus poſſidēt.

xxvi. De nece p̄pete ſeducti ⁊ infirmi-
tate abbati pauli quā p ſua emendatiōe
promeruit.

xxvii. De temptatione abbatis moysi

xxviii. De eo qđ ſperni non tebeant hi q̄
spiritibus traduntur immundis

xxix. Obiectio curbi qui ſpirituib⁹ re-
uantur imūdis a communione dñica ſepat.

xxx. Responſio ſup p̄poſita queſtiōe

xxxi. De eo qđ milen ſint hi qui ſubdi
temporalib⁹ iſiſ temptatōib⁹ nō meret

xxxii. De diuerſitate ſtudioi⁹ ac volu-

Lollatio VII abbatis Bereni

tatu que in aereis potestatibus exercetur.
xxiiij Interrogatio unde differetia ne
quitiarum celestium tanta processerit.
xxvij Dilato super absolutone proposi
tione questionis.

Expliciunt capitula. Incipit
collatio prima abbatis Beren
ni de anime mobilitate et spiri
tibus nequitius. Lap. i.

Bmme

sanctitatis et con
tinetie viri nomi
nisq; sui speculuz
abbate Berenuz
que singulari su

mus veneratione per ceteri ammirati stu
diosorum mentibus insinuare cupientes aliter
arbitramur desiderium nostrum nos explorare non
posse quia si collatorem ei⁹ nostris libellis tem
ptauerimus inserere. Cui super oēs virtutes
qui non solum in ei⁹ actu vel morib⁹ sed etiam
in ipso vultu per dei gloriam resulgebāt ita
est peculiari beneficio donū castitatis insu
sum. Utetia se ne ipsis quidem naturalibus
incētuis inquietari vel in sopore sentiret.
Ad quam tam carnis propria puritate que
admodum gratia dei ammiculante peruenie
rit quoniam super conditiones nature videt esse
humane necessariū reor permitt⁹ explicare.

Interrogatio predicti senis super
statu cogitationū nostrarum.

Hec igit̄ p interna cor. Lap. ii.
dis atque aīe castitate nocturnis
diurnisq; p̄cib⁹ ieiunijs q; ac
vigilijs infatigabilitate insistens, cū vidis
set oronuz suaq; obtinuisse se vota. cu
etosq; est in corde suo occupie carnal' ex
tictos. velut suauissimo gustu puritatē
accēsus. in maiore siti celo castitatis exar
sit. et intentionib⁹ cepit ieiunijs atque ob
secratōib⁹ incubare. ut mortificatō pas
sionis h⁹ qui interiori hoī suo dono dei fu
erat attributa. ad exteriori hoīs etiā pur
itatē eaten⁹ paeniret. ut ne ipse quidem vel
illo simplici ac naturali motu que etiā in
paulatq; lacticib⁹ excitat ulteri⁹ pulsat

ret. indepti sc̄z muneri exp̄im̄to qđ se no
uerat nō laboř merito s̄y dei grā p̄secu
tū ardēti aīma? ad h⁹ qđ sūlī obtinēdū
credēs m̄sto facilis? hos stimulos carnis ra
dicit⁹ deū posse quellere q̄s etiā humāe
ar̄q; industria nōnūq; solet qbusdā po
cul vel medicamēq; seu ferri sectōe tetra
bere. qñqdem illā spūs puritatē q̄ subli
mior est. quāq; impossibile est būano labo
re vel studio p̄phēdi suo munere p̄tulisse
t. Lūq; petitōi cepte su applicatiōe ingi
ac lachrymis iudecessus insisteret adueni
ens ad eū angel⁹ in visioñe noctīna ei⁹ q̄s
velut apiens vteq; qndam ignitā carnis
strumā de ei⁹ viscerib⁹ euellēs ac p̄cīcēs
suisq; oīa ut fuerat locis intestīa restitu
ens. ecce in q̄t incētua carnis tue absca
sa sunt. et obtinuisse te nouerit hodierna
die p̄petuā corpori puritatē quā fidelē
poposcisti. Hec de grā dei q̄ meorato
viro peculiaritatem attributa est breuiē dix
isse sufficiat. Ceterz de illis virtutib⁹ q̄s cū
reliq; sumis viri coīc possidebat. aliquid
comemorari supfluū puto. ne speal' sup
noīe hui⁹ ista narratio alijs demere vi
teat id qđ de ipso singularitatem p̄dicatum
fuerit. Hūc igit̄ summo desiderio colla
tōis ei⁹ atq; institutōnis. accēsi. dieb⁹ q̄
dragēsimē videre curauim⁹. Qui cū a
nob̄ te q̄litate cogitationū nr̄ay et in te
riori hoīs statu trāq;llissima cōpellatiōe
q̄sisset. vel qđ nob̄ ad ei⁹ puritatē tantū
tpis herem̄ habitatio p̄tulisset. his enī
q̄rimonijs adorsi sum⁹. Respoſio no
stra super aīe mobilitate. Lap. iii.

Appūtatio tpm ac solitudinis
habitatio cui⁹ p̄teplatōe coni
cis interiori hoīs pfectōez nos
p̄seq; debuisse h⁹ solumō p̄tulit nob̄ ut di
scerem⁹ qđ esse neq;am⁹. nō tñ fecit eē qđ
esse p̄cedim⁹. nec tñ aut desideratē puri
tas fixā stabilitatem aut robur aliquid fir
mitatē nos hac sc̄ia nouim⁹ assūcitos.
S̄tūmō p̄fusionis aut pudor⁹ augm̄ta
Etei cū oīm disciplinarū meditatio ad
h⁹ q̄tidianis studijs exerceat atq; pficiat
ut a trepidis rudimentis ad p̄titā certam

Lollatio VII abbatis Berenii de mo

stabilēq; pueniens in ci pia nosse q; pri
mitis vel ambiguū nouerat vel penitus
ignorabat. et firmo (ut ita dixerim) gdu
discipline q̄litate pcedēs pfecte in ea ac
sine illa iam difficultate p̄set econtra
rio meū bni puritatē studio laborātem
id solūmō pfectisse reperio. ut sciā qd ēē
nō possim. nō tū appre hēdere valea qd
me esse tebere cognoui. exq; nihil michi
alīud sentio q̄s labore tñ cordis contri
tione pferri. **V**ideo nāq; me hac obser
uātia nihil acq̄rere nisi dolore inutilē
ut nūq; sc̄z desit materia lachrymarum
nec tñ esse desinā qd esse nō tebeo. **E**t id
circō qd pfuit didicisse qd summū est si
cognitū nequeat appre hēdi. **N**am cum
directionē cor dis ad destinatā ptempla
tionē p tendere senserim: insensibiliter
mēs inde revoluta ad p̄ores euagatōes
impetu velēmētiou plabit. et ita quoti
dianis distentōib; occupata innume
ris captiuitatib; incessant abducit. ut
ppemodū iam desperet a nob̄ desidera
ta correctio et supflua b̄ obfusatio videa
tur. **S**i qdēm p momēta singula lubiq;
discursib; anim⁹ euagat. cū ad timorez
tei vel ad p̄eplatoz reducit spiritalē. et
pusq; firmet i ea rurs⁹ fugaci euanscīt.
Cūq; eū velut exp̄gfacti tēphenderi
ab intentiōe p̄posita deniasse atq; ad il
lam theoriam vñ discesserat reducētes vo
luerim⁹ eū tenacissima cordis intentiōne
velut qbusdā vincul⁹ obligare. in ipso co
natū nro ocius q̄s anguilla tē recessib;
mens elabit. ita ut hac intentiōe mentis
laborē solūmō nō pfectū nos arbitrem⁹
aliquē esse consecutos. **O**b quā rem q̄t
dianis hm̄i obfusatiōib; estuātes. nec
tñ ex p̄is aliqd nro cordi stabilitatē ro
bur accessisse cernētes. ad hāc opinionē
fracti desperatōe trāducim⁹ ut n̄ nro iā
s̄nate vicō bas aīe puagatōes h̄iano
genē inesse credam⁹. **D**isputatio
senis de statu aie ac virtute eius
Erenus. P̄triculole L. iiiij
p̄sumptōis est nec dū rebō recte
discursis nec certa rōe collecta.

de natura cuiuslibz rei p̄propere defini
re ac de fragilitatis sue consideratione
cape plecturā. nō de statu et q̄litate ip̄i
discipline vel de alioz experientia p̄ferre
sententiā. **H**ec em̄ si q̄s ignar⁹ natandi
sciens pondus corpori sui ferri aq̄ruz le
uitate ac liquore nō posse. experientia sue
voluerit imp̄itie definire neminē penit⁹
posse liq̄dis elemētū solida carne circū
datū sustineri. idcirco vera eius opinio
iudicanda est quā fm̄ experientiā suā vi
sus est. p̄tulisse. cū b̄ non solū esse impos
sibile. s̄ etiā p̄facile ab alijs fieri rōe cer
tissimā et oculoz fidēnō dubia cōp̄bet.
i. mēs
semp mobil⁹ et multū mobilis definitur.
Ande etiā in sapia q̄ d̄ salomonis scri
ptum est. Terrenū habitaculū aggruat
mentē multa cogitātē. **H**ec igit̄ p̄ cōdi
tione nature nūq; p̄tociosa consistere
s̄ necessē est eā nīsi. p̄nisū habuerit vbi
suos exerceat mor⁹ et in q̄b̄ ingr̄ occu
pet. p̄pria mobilitate discurrere. et p̄ oīa
volitare donec lōgo exercitio vñq; q̄s
suefacta diuturno q̄ nos incassuz dicē
laborare expias et discat q̄s mēorie sue
materias tēbeat p̄parare erga q̄s circū
agat in defessos volat⁹ et immorandi ro
bur acq̄rat. et ita p̄ualeat adūsus inimi
ci suggestions q̄b̄ detrahēbat extrude
re atq; in illo quē desiderat statu et q̄lita
te durare. **N**ō ḡhāc euagationē cordis
nī vel nature h̄ianae vel deo creatori e⁹
tēbem⁹ ascribere. **V**era estēnī scriptu
re s̄nia. q̄ d̄ns boīz fecit rectū. et ip̄i que
sierūt cogitatōes multas. A nob̄ ḡ carū
q̄litas pēdet. q̄ cogitatio bona inquit
sciētib; eā a. pop̄inquat. vir aut̄ prudēs
inueniet eā. **Q**uicqd enim inueniri p̄t
nre prudētē industrieq; subiectum est.
Si nō fuerit inuentū. sine dubio nre de
sidiq; v̄l ip̄prudētē nō nature vicio repu
tandū est. **C**ui sensu psalmista q̄z p̄gn
it dices. **B**eat⁹ vir cui⁹ est auxiliū abste
dñe; ascēsiōes i corde suo disposuit. **C**i
de ergo in nra ditione cōsistere. ut siue
ascēsus. i. ptingētes ad dñi cogitatōes

bilitate aie et spiritualib⁹ nequitiis

lue descensus ad terrena scz et carnalia
cornuetes in nr̄is cordib⁹ disponamus.
Quesi non in nr̄a pt̄ate p̄sisterent: nec
p̄bariseos dñs increpasset. **Q**uid cogi-
taq̄ mala i cordib⁹ v̄ris. **N**ec p̄ prophetā p̄
cepisset dicens. **A**uferte malū cogitatio-
num v̄rāz ab oculū meis. **E**t v̄sqz q̄ mo-
rabuntⁱ te cogitatōes noxie. **N**ec i die
iudicii ea p̄ qlitas quā admodū operz ex-
igeret a nob̄ita p̄ yslaiā dño cōminante
Ecce ego inquit venio ut cōgregēz opa
et cogitatōes eorū cū oib⁹ gentib⁹ et lin-
guis. **H**z nec cōdemnari q̄dem ea z testi-
monio vel defendi in illo terribili atq̄
metuendo examē fm̄ bñi apli sentētia z
mererem̄ ita dicenq̄. **I**n se innicē cogi-
tatōib⁹ accusantib⁹ autētā defenden-
tib⁹ in die q̄ iudicabit de occulta boim
fm̄ euangeliū meū. **D**e p̄fectione
anime ad similitudinem euāge-
lici centurionis assunte.

Capitulu. v.

Nun ergo p̄fecte mens figura
p̄ illū euangelicū centurionem
pulcherrīe designatⁱ. cui⁹ vtus
atq̄ p̄stantia. q̄ nō q̄buslib⁹ ingruenti
bus cogitatōib⁹ abducebat. sⁱ p̄ suo in-
dicio vel admittēbat bonas vel cōtrarias
absq̄ vlla difficultate pellebat. hac p̄
spicua significatōe descripta est. **N**az
ego hō sum sub pt̄ate cōstitut⁹ h̄ns sub
me milites. et dico huic vade et vadit. et
alio veni et venit. et seruo meo fac et fa-
cit. **H**ic igit̄ nos q̄z virilis adūsus p̄ tur-
bationes et vicia dimicātes poterimus
ea dicioni nr̄e discretōiq̄ subiçere. ac
militātes in carmenā extingue re passio-
nes. v̄l' instabile cogitationū nr̄aruz co-
hortem ratōis impio subiugare. ac do-
mice cruci salutari vello dirissimas ad-
uersaria p̄ potestatū turbas a termis no-
stri pectoris ppulsare. si pro tanto p̄ me-
nitis triūphoz ad spiritualis huus cētu-
ronis ordinē p̄uestrū. q̄e in exodo q̄z
p̄ moysem misericē legimus designatum.
Constitue tibi tribunos et centuriones.
et qui q̄genarios et decanos. Et ita nos

q̄ dignitatis hui⁹ apice sublimati. ha-
bemus hanc impandi potestate atq̄ vir-
tutem qua non quib⁹ nolumus cogita-
tionib⁹ abducantur. sed his q̄bus spiri-
taliter delectamur immorari vel inhore-
re possumus. malis q̄dem suggestionib⁹
impantes abite et ibūt. bonis vero dice
venite et venient. **T**erno quoq̄ nostro
id est corpori ea q̄e castitatis vel conti-
nenti sunt similē iniū gemus. et sine vla-
la cōtradictōe deseruiet. non iam susci-
tans nobis aduersus spām concupisce-
tie stimulos. sed omnez exhibens spūi fa-
mulatum. **H**uius centurionis q̄lia ar-
ma sunt vel ad que p̄liorum exercicia p̄-
parent. audi beatū aplūm p̄dicantez
Arma inq̄t militienrē carnalia sunt
sed spiritualia. **D**ixit q̄lia sunt. i. nō carna-
lia nec ifirma sⁱ spiritualia et potētia deo
Deinde ad q̄s sint exercenda p̄flic⁹ cō-
sequēter insinuat. **A**d destructionē mu-
nitionū cogitatōes purgātes. et omnez
altitudinem extollente se aduersus scien-
tiaz dei. et captiuantes oēm intellectum
in obedientiā christi p̄pati vlcisci omnē
inobedientiā cū impleta fuerit p̄mu^z ve-
stra obediētia. **Q**uo oīa singillatū p̄cur-
rere sicut necessariū ita etiā alterius tpis
ē. **A**rmoy tñmō volo vob̄ genera. p̄pe-
tatesq̄ patescere q̄bus nos q̄z si volu-
mus bella dñi p̄liari. et inter cēturonē
euangelicos militare accincti ingiter te-
bemus incedere. **S**umite inq̄t lēntū fi-
dei in quo possitis omīa tela nequissimi
igneā extinguere. **E**rgo fides est que exci-
piens ardētissima libidinum tela. me-
tu futuri iudicii et celestis regni creduli-
tate mortificat. **E**t loriam inquit chari-
tatis. **I**psa nempe est que vitalia pecto-
ris nostri circūdans a tq̄z cōmuniēs. le-
talibus perturbationū obiecta vulneri-
bus contrarios retūdit ictus. nec ad in-
teriorē hominē nostrū iacula diaboli
penetrare permitit. **O**mnia enim suffert
omnia patitur. omnia sustinet. **E**t ga-
leam spēm salutis. **G**alea capitū est mu-
nimen. **Q**uia ergo caput nostrū est

419 2 107 10
2 108 10

Collatio VII abbatis Berenide mo

christus debet isto sp̄ spe futuroꝝ bono
rū velut in expugnabili galea in cūcī tē-
ptatōibꝫ ac p̄secutōibꝫ cōmūnire ⁊ p̄ni-
paliter fidē cī illes am atq; integrāz cu-
stodire. Alijs em̄ mēbris trūcātū quem
piā licet debilē possibile tñ est utcūq; su-
peresse. Hinc capite x̄o nem̄ vel brenis
vite spaciū progaſ. Et gladiū sp̄iū qđ
est x̄bū dei. Penetrabilī nāq; est om̄i
gladio ancipit⁹ ⁊ ptingēs vlsq; ad dini-
sionē aie ac sp̄iū cōpagū qđ ⁊ medulla
rum ⁊ discretor cogitationū ⁊ intentio
num cordis. diuidēs sc̄z ⁊ absidēs qđ
qd̄ in nob carnale terrenumne repererit.
Quibꝫ armis q̄sq; fuerit cōmunit⁹ ab
hostiū telac depopulatōe defensus non
vt captiuns ac subdit⁹ ad hostilē cogi-
tationū terram cōstrict⁹ depredantium
vincul abducit⁹ nec audiet per ap̄berā.
Quare innuetaſ es in terra aliēa sed
q̄si triūphator ac victor illa quā volue-
rit cogitationū regione p̄sistet. Vis etiā
ip̄m robur ac fortitudinē cēturonis hu-
ins q̄bꝫ hec arma quē p̄dixim⁹ nō carna-
lia s̄z potentia deo gestat agnoscere. an-
di ip̄m regē viros fortes ad spiritalē mi-
litiam p̄gregantem q̄mō dilectos signet
ac p̄bet. Infirm⁹ inq̄t dicat q̄ forti ſuꝫ
ego ⁊ q̄ patiēs eſt ſit pugnator. Videq;
bella dñi pliani: niſi patiētes ifirmosq;
nō posse. Illa p̄culdubio infirmitate q̄
fundat⁹ ille nr̄ euangelic⁹ centurio cū fi-
ducia loquebat⁹. Lū em̄ infirmor tūc po-
tens ſum. Et itex. Vir⁹ aut̄ in infirmit-
tate p̄ficit. De q̄ infirmitate vn⁹ p̄plexa-
rum. Et erit q̄ infirmat⁹ inter eos ſic co-
mus dauid. Patiēt̄ etiā h̄ bella preliabi-
tur. Nempe illa patiā de q̄ dñ. Patien-
tia vobis necessaria eſt; vt voluntatem
dei facientes recipiatis remuneratōem.

De p̄seuerantia erga cogitatio- num custodiām. *Lap. vi.*

Ebere tñ ac poſſe nos deo cole-
rere ⁊ experientia p̄pria deprehen-
dim⁹. Si mortificatas voluntates
ac desideria mūdi hñ habeam⁹ ab
ſcisa ⁊ illoꝫ aūte docebi⁹ qui dñ col-

loquētes fiducialē dicunt. Adhēſit aia:
mea post te ⁊ adhēſi teſtimoniū tuū do-
mine. Et. Nibi aut̄ adhēſere deo bonū
eſt. Et. q̄adheret dñ oꝫ vn⁹ sp̄iū eſt cū eo
Nō ergo debem⁹ bis euagatōibꝫ ani-
mefatigati ab hoc ſtudio relaxari. Qui
enī colit terrā ſuā ſatiabit⁹ panibꝫ q̄ au-
tem ſectat⁹ oꝫ ſuā replebitur egeſtate. Nec
q̄ intentōne hui⁹ obſeruātie p̄nicioſa
desperatōe frangam⁹. q̄ in om̄i ſollici-
to in eſt ampli⁹. Nam q̄ ſuavis ⁊ ſine la-
bore eſt in egeſtate erit. Et itex. Vir i do-
loribꝫ laborat ſibi ⁊ vim facit p̄ditioni
ſuꝫ. Necnō etiā regnū celoꝫ vim patiē
⁊ violenti rapiūt illud. Nulla nāq; vir-
tus ſine labore p̄ficit⁹. nec vlli poſſible eſt
ad iſtā quā cupidis ſtabilitatē menſi ſi-
ne ingenti p̄tritōe cordis p̄ſcēdere. Hō
enī ad labore nascit⁹. Qui vt in viruꝫ p̄-
fectū poſſit occurrere in mensuraꝫ etatis
plenitudinis christi. maiori euꝫ intētōe
neceſſe eſt ſp̄ eſſe pugilem⁹. iugiq; ſollici-
tudinē nemo pueniet alias in futurū.
niſi q̄ p̄meditat⁹ ⁊ imbut⁹ ea ſuerit in p̄
ſenti. eāq; adhuc in ſeculo poſit⁹ p̄liba-
uerite. huiſiq; mēbrū p̄ciosiſſimū deſi-
gnatus arrā p̄paginis illi⁹ p̄quā corpo-
ri ei⁹ valeat copulari in hac carne poſſe
derit. vnū dñtaxat deſiderās. vnū ſitiēs
ad vnū oēs nō ſolū actus ſuos; veſtiā
coſtituēt ſp̄ intendēs. vt illud qđ i ſu-
turum diceſt de btā p̄ſatōe ſanctorum
iam ſubarratū ſeue in p̄nti. id ē ſitei
de oīa in oībus. Interrogatio de
mobilitate anime et impugna-
tionē nequitiarum celeſtium.

Ermanus. Poſſiſ ſa. vii
forſitan h̄ volubilitas mentis
aliq̄ten⁹ coercri. ſi eaꝫ nō tan-
tus adūſarioꝫ numer⁹ circūuallens ad
ea q̄ nō vultīmo q̄illam q̄ ſuę nature
mobilitas rapit indeſinent⁹ impelleret.
Quam cum tam innumerabiles tam
potentes tamq; terribiles circummagant
inimici. reſiſti illis ab hac p̄ſertim
fragili carne imposſibile crederemus.

bilitate aie et spiritualib⁹ nequitiis

nisi ad hanc opinionē vestris sententijs
velut celestibus animaremūr oraculis.

**Responsio sup adiutorio dei ⁊
liberi arbitrii p̄ate.** Cap. viii.

Erenus. Aduersarios nobis
qđem ingit insidiari qđcūqz in-
teriorib⁹ experti sūt pugnas
dubitare nō p̄nt. H̄y ita dicimus hos
nris pfectib⁹ aduersari: vt eos tñmō incē-
tores maloꝝ nō etiā impulsores esse cre-
dā. Ceteroꝝ null⁹ hoīm posset oīno vita
re peccatū qđcūqz illi in cordib⁹ nostris
ingerere voluisse. si eis quēadmodū
ad suggestiōnū ita ⁊ ad cōpellendū fa-
cultas violēta suppetret. Nob̄rem sīc
ill⁹ est instigationis copia. ita ⁊ in nob⁹
tus respuendi sine acq̄escēndi libertas est
attributa. Quorū m̄ potentia ⁊ ipugna-
tōnes si p̄timescim⁹. etiā p̄tectiones atqz
adiutoria dei ecōtrario p̄feram⁹. de quo
dī. Maior est enī q̄ in nobis est q̄ q̄ in
b̄ mūdo. Qui⁹ auxilia multo vehemen-
tiorē militat p̄ nobis q̄ aduersari
nos eoꝝ multitudo p̄fligit. Nā bonaꝝ
rez nō tñm suggestor s̄ etiā sautor atqz
ipulsor est d̄e: ita vt nōnūqz nos etiā
invitos ⁊ ignorātes attrahat ad salutē.
Constat ḡneiem posse a diabolo decipi
nisi illū q̄ p̄bere illi maluerit sue volūtā
tis assenlum. Qđ ecclesiastes his p̄bis
evidēt exp̄ssit. Quia em̄ nō fit d̄ictio
ab his q̄ faciunt malū cito. iō repletum
est cor filioꝝ hoīm in iōpis vt faciant ma-
lum. Ergo manifestū est hinc yñūquē
q̄ delinq̄re q̄ ingruentib⁹ cogitatōni-
bus p̄uis nō eis se confessum repulsa co-
tradictiōis obijciat. Nā resissite ei in q̄
⁊ fugiet a vob⁹. **Interrogatio sup
animē ac demona coiunctione.**

Ermānus. Qđ **La. ix.**
Istud queso est aīcū istis sp̄in-
tib⁹ neqz tam indiscretū p̄mix-
tumqz p̄sonū. q̄ sic eidem nō dicā īgi-
b⁹ vniri possint. ⁊ alloq̄ eā insensibiliter
⁊ inseri atqz inspirare illi q̄cūqz volue-
rint. ⁊ ad ea q̄ placuerint eā valeat insti-
gare eiusqz cogitatōes ac mot⁹ videant.

atqz plustrēt. tantaqz int̄ ipos ac mēteꝝ
vnitas fiat. vt sine dei grā qđ ex illoꝝ in
citamēto qđ ex nr̄a voluntate p̄cedat di-
scerni penē nō possit. **Responsio in**
quē modū sp̄ū summundi hu-
manis mētib⁹ copuletur. Cap. x.

S Erenus. Non mirū est posse
sp̄ū sp̄ū insensibilit̄ piugari
⁊ occultā suadendi vim ad ea
q̄ libita fuerint exercere. Est em̄ int̄ eos
sicut inter homines. quedam substantie
silitudo atqz cognatio. Si qđez diffini-
tio q̄ de natura aīe assūmit etiā illorum
substātie similiē coaptat. Altrinsec⁹ po-
eos sibi inseri vel vniri. ita vt capax alī
alteri⁹ esse possit. oīmodis impossibile ē
Hoc nāqz solūmō teitati q̄ sola incor-
poreā simplerqz natura est rectissime tri-
buī. **Obiectio vtrū possint sp̄ū**
immudi eorū quos suppleue-
rint aīabus inseri vel vniri.

Ermānus. H̄ic **La. xi.**
Oratōi sat̄ arbitram⁹ esse p̄trūm
qđ vidim⁹ i arreptiōi fieri. cū
afflati spiritib⁹ immūdis loquunt̄ ⁊ ragūt
ea q̄ nesciūt. Quomō ḡaīas illoꝝ spiri-
tib⁹ illis nō credam⁹ vniri quorū vide
illas velut organū factas. ⁊ terelicto na-
turali statu ad illoꝝ mot⁹ affectusqz trā-
sire. ita vt iam nō suas: sed illoꝝ voces
⁊ gestū voluntatesqz deponant.

